
CONSILIVM SACRI, AC VENERANDI COLLEGII

Tam Iuris Pontificij, quam Cæsarei.

CIVITATIS BONONIAE

Pro Serenissimo Duce Parmæ, Et Placentiæ.

Contra Excellentissimum Ducem Signini.





BONONIAE,
Apud Hæredes Ioannis Rossij. M. DC. XXV:
Superiorum Permissu.

SVMMARIVM



1 Defensionem Farnesianæ legis de appræhendenda possessione mortuo sine filijs Vassallo contrarijs satisfaciendo consequi.

2 Linea finita, licet domino propria auctoritate, & nullo citato apprahendere possessionem bonorum feudalium.

3 Etiam manu armata.

4 Idq́; est indubitatæ consuetudinis.

5 Indubitataq́; est sententia hæc in rege, regiamuè potestatem habente.

6 Hæcq; consuetudo viget in Regno Neapolitano, vt dominus finita linea sequestrinomine capiat possessionem.

7 Vsufructuario mortuo, vsusfructus cum proprietati consolidatur.
Proprietarius animo posidens, mortuo vsufructuario, potest propria auctoritate, & corpore posidere, & est com: opiñ.

8 Idem debet procedere in feudo, vt dominus animo possidens capere posit possessionem, cum feudum sit quædam vsusfructus seruitus.

9 Feudi natura est, vt hæres à possessione feudi, vt hæres repellatur, cum feudum, vt res hæreditaria non censeatur, & num. 10.

11 Domino directo licet propria auctoritate apprahendere possessionem rei emphiteoticæ mortuo vltimo de linea.

12 Argumentum ab emphiteusi ad feudum valet.

13 Locatione finita potest dominus auctoritate propria conductorem expellere etiam nulla præcedente liquidatione.

14 Personæ omnes quarum Ius tempore finitur sub eadem regula, & ratione reguntur.

15 Coloni, emphiteutæ vsufructuarij, & vassalli, sub eadem lege militant.

16 Priuatis, si finito tempore licet possessionem propria auctoritate apprahendere, multo magis debet licere Principibus.

17 Fisci priuilegium est, vt non litiget sine possessione, & apprahensa possessione contradicentium Iura discutiuntur.

18 Et talis stylus communi est, & Notorius in omni curia & omnino sequendus.

19 Apprahensio Castrorum de quibus controuertitur fieri potuit etiam non extante lege particulari vt extat in casu nostro.

20 Nemo iudicat in sua causa, ex communi regula.

21 Princeps habens iura Imperij potest in causa propria ius dicere & num. 236.

22 Princeps habens iura regalia, non potest vti suspectus recusari.

23 In Principe nulla iniustitia præsumitur.

24 Principes non creduntur iudicaturi nisi ad Dei immitationem.

25 Cor Regis in manu Dei.

26 Principes cum sint diuites, & potentes non præsumuntur de priuatis bonis velle ditari.

27 Principes, vel Reges licet Regna, vel Ducatus habeant inuestituris Pontificijs, siuè Imperialibus recognitio tamen spectat ad solam Regni vel Ducatus vniuersitatem; Nam quoad particularem in subditos, & Vasallos Iurisdictionem censentur supremi, ac directi domini, & quoad causarum sui status cognitionem neminem superiorem agnoscunt.

28 Principes recognoscentes Regnum, seu Ducatum Inuestituris Pontificijs, seu Imperialibus inuiolabili potestatis plenitudine potiri dicuntur vt Rex Apuliæ, Duces Ferrariæ, & alij Duces ab Ecclesia inuestiti.

29 Appellare quis non potest à Ducibus inuestitis à Summo Pontifice, seu Imperatore, ipsis sic statuentibus ad Summum Pontificem seu Imperatorem, & nu. 270.

30 In causis temporalibus huiusmodi Principum summus Pontifex & Imperator sese intromittere non solent.

31 Summus Pontifex, & Imperator huiusmodi Principes inuestiendo transferunt à se ipsis iurisdictionem non cumulatiuè, sed priuatiuè vt in casu Serenissimi Ducis Parmæ & num. seq vbi de com.

33 Fallit supradicta conclusio in casu denegatæ iustitiæ, vel notoriæ iniustitiæ & num. 241. & 242.

34 Lite vertente inter dominum, & Vassallum, pares Curiæ iudicant nisi tales sint qui Regiam seu Imperialem habeant potestatem.

35 Principes à Vassallis, & subditis reueriri debent.

36 Principes si ab alijs iudicarentur, coram eorundem Vassallis sordescerent, & villescerent quod non contingit si in casu ministratæ per eos iustitiæ cadant.

37 Princeps in criminalibus iudicat inter se, & eius subditum, & nullus conqueritur.

38 Princeps ex delicto publico principaliter offenditur & illi tenetur reus satisfacere.

39 Ciuilis pæna, qua priuatum emendatur damnum ad iustum comutatiuum spectat; criminalis verò pæna pertinet ad iustum distributiuum.

40 Regula illa vt in propria causa nemo possit iudicare, sicut fallit in causa criminali, ita eodem modo non debet procedere in causa ciuili.

41 Collegia I. P. & Cæsarei Ciuit. Bonon. alias pro Serenissimo Duce Parmæ contra Co: Albertum Scotum scripsere.

42 Doctores negantes Principem posse in causa cum suo Vassallo esse iudicem loquuntur de honestate, cum nulla necessitas possit astringere Regiam, siue Imperialem potestatem, & num. 43.

44 A plenitudine totius iurisdictionis qualis est Imperialis abhoret, vt ab alio temporaliter iudicetur.

45 Serenissimos Duces Parmæ absolutam Regiæ potestatis plenitudinem habere vberimæ clausulæ in illorum inuestituris insertæ ostendunt.

46 Serenissimos Parmæ Duces cum regalibus fuisse inuestitos, Imperialiq. potestate po-

teris

tirij S.P. in eorum causas, se non intromittere, de causis inter se, & eorundem Vassallos cognoscere, atq; inuiolabilem esse illorum statum regia prorsus conditioni similem testantur in specie Doctores hic adducti & num. 47. & num. 245.

48 Serenissimus Dux Parmæ Iudex Iudicum appellatur.

49 S.P. in erectione Ducatus relaxauit, & abdicauit à se iurisdictionem etiam in causis feudorum, & eandem in Serenissimos Duces Parmæ transtulit.

50 In causis etiam feudalibus non solum in prima, sed nec in secunda instantia non potest de Serenissimo Duce Parmæ ad S.P. recurri.

51 Serenissimus Dux Parmæ ex translatione omnimoda iurisdictionis in eundem per S.P. facta effectus est quasi Pontifex in temporalibus.

52 Quemadmodum S.P. dictante iustitia poterat esse Iudex inter se, & eius Vassallos ante translationem iurisdictionis in Serenissimos Duces Parmæ eodem modo, eadē dictante iustitia possunt Serenis. Duces Parmæ sequuta translatione predicta.

53 S.P. post translationem iurisdictionis in Serenissimos Duces Parmæ factam, non potest translatam iurisdictionem exercere, cum talis impotentia sit preterita voluntatis sequella.

54 S.P. ad instantiam Vassalli, seu subditi Serenissimi Ducis Parmæ non debet causam comittere, nec signaturam concedere, nec audientiam præstare, vt in specie firmauit Bellon. hic adduct. & alij num. 55. & 56.

57 Subditi, & Vassalli tenentur coram immediato Principe iuri stare, neq; à supremo, mediato domino iurisdictionem petere, quam à se mediatus dominus abductam voluit.

Hæcq; feudorum inuiolabilis est iustitia num. 58.

Hecq; est com. opin. num. 59.

Hocq; procedit in specie in Serenissimo Duce Parmæ num. 60.

61 Mediatus Princeps non potest immediato inhibere, & ad se causas huiusmodi auocare.

62 Pontificia cum translatione iurisdictionis Serenißimis Ducibus Parmæ facta conspirat duplex consuetudo.

Et primo vniuersalis feudorum vt scilicet causæ inter dominū & Vassallum non per pares, non per supremum Principem, sed per dominum immediatum terminentur.

Secundo consuetudo particularis quæ viget Parmæ vt causæ huiusmodi à solo Duce terminentur, nec S.P. causas auocet, nec inhibeat, nec in quacumq; instantia se intromittat, vt num. 63. 64. præsertim stante clausula in inuestitura, quæ absolutissime huiusmodi causarum commißiones prohibet, etsi obtineantur nullam iurisdictionem tribuit, sed extortas esse iudicat, formatosq; processus iritos, & inanes declarat vt num. 65.

Hæcq; consuetudo seruanda etiamsi translatio iurisdictionis fieri non potuisset vt numero 66.

67 Subre-

67 *Subrogationis solius virtute Serenissimo Duci Parmæ competit eadem potestas, & iurisdictio quæ prius Ro. Pont. competebat.*

68 *Hacq; regula peculiari virtute seruatur in feudis.*

69 *Subrogatio censetur facta cum omnibus qualitatibus, & circunstantijs, & facultatibus quæ prius subroganti competebant.*

Proceditq; non solum in subrogatione legis sed etiam in subrogatione hominis vt numero 70.

71 *Clausulæ ostendunt quod Serenissimus Dux omnia possit, quæ poterat S. Pontifex, & quæ sint hæ clausulæ num. 72. 73. 74. 75. & 76.*

77 *S. P. quemadmodum ante inuestituram poterat iudicare de causis inter se, & Vassallum eodem modo Serenissimus Dux Parmæ potest vigore subrogationis & numero 102.*

78 *Obseruantia legis quod Princeps possit iudicare in causa propria, eam legem iustificat, constituitq; Principem in quasi possessione iudicandi de causis proprijs.*

79 *Obseruandum in dubio quod antea obseruatum fuit.*

80 *Obseruantia, est rerum interpres.*

81 *Obseruantiæ in rebus dubijs iura fauent.*

82 *Obseruantia ius facit.*

83 *Feuda vsu, & consuetudine reguntur.*

84 *Obseruantia demonstrat Serenissimum Ducem Parmæ iudicare in causis proprijs, & ad Romana Curia confugientes ad tribunalia Parmæ remitti solere & exemplum affertur num 85.*

86 *Obseruantia ex vnico actu conualescit & aquiritur quasi possessio & num. 203. Maxime vt detur interdictum retinendæ vt num. 87. & num. 235.*

Proptereaq; recurentes ad S. P. Inditiumq; Serenissimi Ducis Parmæ fugientes repellendi sunt num 88.

89 *Ad firmandam iurisdictionem ius metimur ab actore seu illius libello.*

90 *Iurisdictionis quæstio expeditur secundum formam petitionis.*

91 *Ad firmandam iurisdictionem sufficit si allegetur in libello qualitas, quæ si vera esset iurisdictionem tribueret, etiam si non probetur.*

Etiam si falsa sit, dummodo de falsitate non constet; propterea per narratiuam factam S. P. per Ducem Signini, expressisse dicendus est qualitatem sufficientem ad formandum iurisdictionem, vt num 92.

Sed contra num. 94. vbi declaratur & num. 95. et 99.

93 *Controuersiæ inter confeudatarios terminari debent coram communi domino directo.*

96 *Iurisdictio non firmatur per expressionem qualitatis quando detecta est qualitatis falsitas, & est com. opin. num. 96.*

97 *Per simplicem assertionem legitimè non probatam non debet quis iure suo spoliari.*

98 *Iura male voluntati non indulgent.*

100 *Naratis in libello nullo modo standū est, vt inde fundetur iurisdictio vbi notoriè falsa est*

est qualitas deducta ad firmandam iurisdictionem.

101 *Translatio, et subrogatio Serenißimorum Farnesiorum in locum Sedis Apostolicæ notoriè Excellentiss. Ducem Signini Vassallũ Serenissimi Ducis Parmæ ostẽdũt.*

104 *S. P. per erectionem Parmæ & Placentiæ in Ducatum non est vero simile voluisse Sfortijs præiudicare quod ipsis erat antè dictam erectionem quæsitum declara vt num. 126.*

105 *Princeps non præsumitur per nouam declarationem voluisse perimere concessionem semel alicui factam & ità alias tenuerunt Coll. Bonon. vt num. 106. declara vt num. 126.*

107 *In concessionibus Principum semper intelligitur clausula saluo iure.*

108 *Verba potius impropriantur, quam quod iuri tertij præiudicetur.*

109 *Clausula non obstantibus concessionibus intelligitur de inualidis, non autem de validis.*

110 *Clausula de non tollendo iure &c. præseruat ius in quacunque posteriori concessione, nec per verba quamuis generalia derogatum censetur num 112.*

111 *Vassallis non consentientibus in alienatione feudi ius est præseruatum.*

113 *Vassalli conditio nobilior est, si immediate S. Apost. agnoscat, quam si sub alio Principe feudum poßideat.*

114 *Princeps maior, maiorem præbet deffensionem, & decus, quam minor.*

115 *Vassallus sicut non potest alienare feudum inuito domino, sic nec Princeps inuito Vassallo alienare feudum & ita determinauit Azo. vt num. 116.*

117 *Princeps si alienat feudum inuito Vaßallo iure suo priuatur.*

118 *Feudum est contractus nominatus, & reciprocus, hinc inde obligatorius, nec est in eo licita pœnitentia.*

119 *Dominus, & Vassallus sunt correlatiui.*

120 *Vaßallus nec se, nec fidem obligasset, si nouum dominum prævidisset, facileq; recusasset si in minorem posse alienari sciuisset num. 121.*

122 *Sfortia familia prius Vassalla in inferiores Principes, per posteriores contractus non potuit alienari.*

123 *Voluntas, ac potestas S. P. quod voluerit subijcere Sfortiam familiam Serenißimis Parmæ Ducibus frustra allegatur deffìciente voluntate & potestate S. P. sed contra num. seq.*

124 *Voluntas S. P. ex ipsis verbis apparet, & successiuè dicta verba referuntur.*

125 *De voluntate constare dicendum est, vbi verba mentem apertißime aperiunt.*

127 *Clausula motus proprij, & ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, si sit apposita posterioribus concesßionibus Princeps censendus est voluisse derogare iuri tertij, etiam si expresse non derogauit.*

128 *Regulæ de iure quæsito non tollendo censetur derogatum per dispositionem sui natura præiudiciabilem, etiam si speciali prouidentia, & verborum expreßione non fuerit derogatum.*

129 *Re-*

129 *Regulæ prædicta de iure quæsito non tollendo, non est necesse derogare, vbi posterior dispositio publicæ innititur vtilitati, qualis est Serenissimorum Farnesiorum num. 130.*

131 *Regula prædicta de iure quæsito &c. tantum sibi locum vindicat in iure plene quæsito, & radicato, non autem in semiplene, & reuocabiliter, & secundum spem quæsito quale erat Ius Sfortiorum num. 132.*

133 *S. P. si potuit tollere ius Sfortiorum viuentium, & actu feudum possidentium, multo magis potuit tollere ius Ducis Signini, qui nundum erat in rerum natura.*

134 *Regula de iure quæsito non tollendo non obstat dispositionibus concistorialiter factis, sed sine speciali derogatione derogatum censetur.*

135 *Regula prædicta non allegatur post triginta annos.*

Nec etiam procedit vbi manifesta est voluntas S. P. vt num. 136.

Satisq; est si colligatur mens S. P. fuisse talem ex naratis eodem num. 136.

Et fallit alijs septem modis remissiue.

137 *Regula prædicta de iure quæsito &c non tenetur Vassallus sine consensu alienatus vbi ex alio capite constat potuisse alienari.*

138 *Put. Dec. 31. lib. 1. declaratur hecq; declaratio optime consequitur ex com. regula de qua supra num. 131 & num. 139.*

140 *Regula quod inuitus Vassallus alienari non possit multis modis limitatur adeo vt status præsentis quæstionis sit extra regulam, & quæ sint hæ limitationes numer. 143. & seq.*

141 *S. P. quatenus P. est an possit Castra alienare nec ne non est q: nostræ, sed an Sum. P. qui cum Vassallo contraxit possit vt Vassalli corellatiuus eundem Vassallum, sine vllius consensu alij subijcere & num 142.*

143 *Vassalli inuiti possunt alienari cum vniuersitate, & sic Ducatu.*

144 *S. P. si dum esset Rex Apuliæ feuda aliquibus Baronibus concessit, ex translatione Regni in aliquem Regem vniuersaliter postea facta, talia feuda quoad dominiũ directum in eundem Regem intelliguntur translata.*

145 *Castra feudis subiecta sequuntur Regnum, sicut membra sequuntur caput.*

146 *Princeps per specialem concessionem, licet non transferat directum dominium, quod habet in Vassallos tamen cum vniuersitate transfere potest.*

147 *Hæcq; conclusio indubitata est in praxi.*

148 *Vassalli possunt alienari inuiti, quando non totaliter alienatur ius, sed retenta superioritate dominij Princeps infeudat.*

Multi remiss. num. 152.

Vel quando alienatio siue translatio fit à Principe supræmo ex certa scientia, & de plenitudine potestatis num. 149.

Præsertim in S. P. qui omnia potest, extra, supra, & contra ius vt num. 150.

Maxime si cum voluntate S. P. adsit Cardin. alium assensus vt num. 151.

Vel si alienatio fiat ex causa publica vtilitatis. 153.

Vel

Vel si alienatio facta sit Vassallis à principio non contradicentibus, nam alienatio tenet vt num. 158.

Multo magis si positiuè per recognitiones, & inuestiturarũ petitiones, per fidelitatis Iuramentum, per successiuum consensum Vassalli prestitisse consensum dicantur vt num. 159.

Vel quando in secunda dispositione adsit clausula quorum tenor &c. vt nu. 160.

154. *Contestaraliter quæ facta reperiuntur causa publicæ vtilitatis facta dicuntur, nec in dubium possunt reuocari.*

Includunt enim omnem, & cognitionem, & publicæ vtilitatis causas.

156 *Ratio spetialis alienationis per S. P. facta Serenissimis Farnesijs deducitur propter quam legitime facta est alienatio.*

157 *Vassalli ob publicam vtilitatem debent consentire alienationi per Principem factæ.*

161 *Vassalli dolere non debent quod in multis casibus inuiti possint alienari, quando quidem casus isti consequuntur naturam contractus, nec potest dici cõtractus fides fracta vt num. 162.*

163 *Vassallo imputandum est si subijci possit domino, cum quo forsan non contraxisset, cum talis sit natura contractus feudi.*

164 *Subrogantem in subrogato venerari possumus.*

165 *Deffuncto in hærede, qui illius repræsentatiua est imago satisfacimus.*

166 *Episcopum in Vicario propter eas quas gerit vices reueremur, eidemq; idem fere exhibendus est honor quo dignus est, cuius est imago.*

167 *In Iudice delegato à Sum. Pont. idem S. P. delegans reueritur.*

168 *Romæ in tribunalibus Iurisdictio S. P. perpetuo emanationis motu fertur in Serenissimo vero Parmæ Duce plenariè, & abdicatiuè à S. P. resibidet.*

169 *Vassalli possunt quomodocumq; resideat iurisdictio in Serenissimo Duce Parmæ in illius tribunalibus à S. P. subrogatis, subrogantem S. P. agnoscere.*

170 *Vassallus qui simpliciter negat se vassallum, vel illum esse dominum, vel rem esse feudalem non est subiectus negati domini Iurisdictioni, estq; com. opin. num. 171.*

Fallit supradicta com. concl. vbi extat notorium aduersus Vassalli negationem vt num. 172.

Prout constat in casu nostro vt num. 173.

Non procedit pariter supradicta conclusio etiam notorio non extante vbi aduersus negationem Vassalli summaria cognitione constare potest, negationem, nõ esse veram nam tunc, causa est remitenda. 174.

Prout nec quando negatus dominus non habet supra se iudicem ordinarium vt in casu nostro, vt num. 176.

Nec pariter procedit negato domino existente in quasi possessione Iuris Vassalitij, vt num. 177.

175 *Ordinarius Iudex adeundus est negante Vassallo se esse Vassallum vt supra num. 70.*

178 *Rationi naturali, & Ciuili consentaneum est, ne dominium ex simplici, & nuda Vas-*

b salli

falli negatione iure suo spolietur.

179 *Domino possidente tempore excitata controuersia, eidem domino competit interdictum retinendæ.*

180 *Serenissimus Dux Parmæ est in possessione vel quasi iuris Vassallitij aduersus Excellentissimum Ducem Signini, & numer. 181. & 182. & 188. & 198. vbi a Ius possessorij suum enumerantur.*

183 *Ex iuramenti fidelitatis præstatione feudum, & illius quasi possessio probantur.*

184 *Possessio vel quasi Iuris Vassalitij ex pluribus confessionibus, & recognitionibus ab antiquis possessoribus vel quasi hinc inde factis.*

185 *Recognitiones nocent liberis venientibus ex persona propria ad feudum, quoad hoc vt sola posterorum negatio aduersus quasi possessionem domini non sufficiat.*

186 *Maiores licet non possint præiudicare vocatis ex pacto, et prouidentia in meritis causæ notoriè tamen non procedit in quasi possessione aquirenda, cõtra eosdem vocatos.*

187 *Maiores licet non possint præiudicare vti maiores posteris, possunt tamen vti styli, et obseruantiæ auctores præiudicare.*

190 *Lapsus 30. annorum post recognitiones suffragatur ad probandum feudum.*

191 *Stante possessione vel quasi Serenissimi Ducis Parmæ Castrorum tanq. feudalium de quibus agitur non est Serenissimus Dux sua Iurisdictione priuandus sed super eisdem Castris tãquam feudalibus competens est iudex, vsquequo Excellentissimus Dux Signini iura sua legitime probauerit.*

192 *Castra omnia existentia intra limites alicuius territorij censentur illius membra, & si possideantur id iure præsumente contingit.*

193 *S. P. habet intentionem fundatam, vt Castra omnia quæ sunt intra limites Ecclesiæ ditionis præsumantur Ecclesiæ & ab eadem Ecclesia in feudum recognosci credũtur.*

Hocq. procedit in Imperatore, Rege alijsq. Principibus vt num. 194.

195 *Castra existentia intra Romandiolam à peculiaribus Baronibus possessa præsumuntur Ecclesiæ feuda.*

196 *Hecq. Iuris præsumptio quasi possessionem roborat num. 197.*

Translatio Castrorum à S. P. in Serenissimos Duces Farnesios facta, in dubiè ostendit superioritatem Serenissimi Ducis Parmæ.

199 *Iuramentum fidelitatis defficiente aut. Notarij per testes probari potest.*

200 *Feudalis in re scriptura non est necessaria.*

Et in hoc feudum differt ad emphiteusi vt num 201.

202 *Iuramenti præstatio probat quasi possessionem feudi, & conuincit eum qui Iuramentum præstitit, vt à turbatione quasi possessionis repellatur.*

204 *Iurans non potest se tueri prætextu erroris, cum error non præsumatur.*

205 *Iuramenti erronei probatione pendente existens in possessione vel quasi non est sua iurisdictione priuandus.*

Quamuis Vassallus se esse Vassallum neget est manutenendus vt num. 206.

Etiam nulla admissa disputatione iustitia, vel iniustitia possessionis vt num. 207.

208 *Iniu-*

208 *Iniustus etiam possessor manutenendus est in sua possessione.*
Multo magis qui firmissimam habet iuris assistentiam manutenendus est nu. 209.
210 *Mandatum de manutenendo dandum est ei qui plus Iustificationis ex sola Iuris assistentia habet.*
211 *Cognitio, declaratio, & Iuditium concessionum Ap. spectat ad S. P. & solus P. cognoscit de dubijs priuilegiorum Apost. Sedis num. 212.*
213 *Translatio, & subrogatio per S. A. facta in Serenissimum Ducem Parmæ afficiunt, ne inferior de Pontificijs indultis iudicare dicatur.*
214 *Clausulæ sublata ea est virtus, ut adimat potestatem inferioribus aliter iudicandi.*
215 *Inferior non est in casu prædicta clausula, qui vigore translatæ iurisdictionis iudicat.*
216 *Subrogante inferior non est in aliqua causa qui in ea fuit subrogatus.*
217 *S. P. si vigore clausulæ sublata cognosceret de causa de qua controuertitur in conueniens sequeretur quod deducitur.*
218 *Clausula prædicta sublata &c. non obstat ubi posterius S. P. factum resistit.*
Nec auffert facultatem iudicandi, an intrent priuilegia nec ne ut num. 219.
Positaq; in posteriori concessione derogat posito in priori. 220.
Adiectaq; cum clausula ex certa scientia, & de plenitudine potestatis operatur derogationem in prima concessione ut num. 221.
222 *Naturali iure non potest quis esse Iudex in causa propria.*
223 *Dominus neq; solus, neq; cum curia potest esse Iudex in causis feudalibus ubi comodum eius vel in comodum concurrat.*
224 *Princeps cognoscens an sua sit Iurisdictio vincit ante sententiam exerceatq; Iurisdictionem quam prius constet anei competat.*
226 *Causæ Camerales, siue fiscales non verè, & propriè dicuntur causæ ipsius Principis.*
227 *Iudicum interest posse sui tribunalis Iurisdictionem ampliare, & ideo suspecti allegantur sed contra num. 231.*
228 *Nemo cogitur coram suspecto iudice litigare.*
229 *Principes regiam potestatem, & iura Imperij habentes non possunt recusari.*
232 *Feudorum usibus cautum est, ut lites inter Dominum, & Vassallum per pares Curiæ terminentur.*
233 *Paribus Curiæ suspectis existentibus ad Iudicem ordinarium Iuditium spectat.*
Vel paribus non extantibus ut num. 234.
235 *S. P. est ordinariorum ordinarius, & cum quolibet ordinario concurrit habens totum orbem pro territorio declara num. 237.*
239 *Vassalli si sponte & unanimes velint coram alio Iudice litigare nulla prorogatur iurisdictio quæ præiudicet domino.*
240 *Obseruantia Iuri Ciuili, & naturali non consentanea in consequentiam trahi non debet.*

Deus det nobis eloquium veritatis.



IVCVNDIVS esset, atque gloriosius Collegijs nostris, ciuiles inter discordias, dissidentes Principum animos componere, quàm ab alterutra parte stare. Sed; quando hæc propè diuina occasio fortunæ nostræ conditionem longè superat, cogimur, hoc tempore, secundum ea, quę proponuntur, illa in medium afferre, quæ prò Serenissimo Duce Parmæ aduersus Excellentissimum Signini Ducem, & rationi ciuili, & feudorum moribus consentanea videntur sed prius facti species breuiter aperiatur.

Farnesiana lege cautum erat, vt vltimo de linea inuestita defuncto Procurator fiscalis feudi possessionem, sequestri nomine, apprę hendere, atq; statim ediceretur, vt qui Ius aliquod in eodem feudo prętenderet comparere deberet coram Consilio Iustitiæ Parmensis. Cumque, nonnullis ab hinc mensibus, vita functus esset Illustrissimus Cardinalis Sfortia. postremus ex illa linea, quæ prius ab Apostolica Sede, posterius verò à Farnesijs Ducibus de quibusdam Castris Parmensibus, & Placentinis fuerat inuestita. Procurator fiscalis, vt prædictam legem de more obseruaret, eorumdem Castrorum, sequestri nomine possessionem appręhendit, proposito statim edicto, vt qui ius aliquod in ijs prætenderet coram eodem Iustitiæ Consilio experiretur. Excellentissimus Dux Signini qui se in prædictis inuestituris compręhensum prętendit, supplices libellos Sanctissimo Pontifici obtulit, quibus instetit, vt alicui Romano Tribunali causa committeretur; Farnesianæ verò Iurisdictionis declinatæ multiplices allegauit causas.

Primò asseruit maiores suos ab Apostolica Sede prò se, & descendentibus de prædictis Castris fuisse inuestitos, seque propterea non à Duce Parmæ, sed ab eadem sede hæc feuda agnoscere, vt hinc tàquam Farnesiorum confeudatarius supremi Domini tribunalia adire posse profiteatur.

Subdidit secundo Nihil superiori rationi obstare quòd nonnulli ex ijsdem maioribus recognouerint vti Dominos Parmæ Duces, quando ipse, non vt eorum hæres, sed vt ex pacto, & prouidentia primi concedentis vocatus, ad eadem feuda aspirat.

Tertiò vel suspectam, vel nullam esse Iudicum Ducalium iurisdictioné suspectam quidé, ex eò quòd de re Ducis agatur, nullam, vero vel propter clausulam sublata, quæ in ijsdem Pontificijs inuestituris plenissimè concepta est, vel ex eò quòd, dato citrà præiuditium, veri Ducem esse Dominum huiusmodi Castrorum, lis inter vassallum, & Dominum orta, non per

Domini Tribunalia, ſed per pares Curiæ terminanda eſt.

Quarto his rationibus obſeruantiam ad ſtipulari, cum anno 1573. virtute eiuſdem clauſulæ ſublata, cauſa quædam inter Franciſcum Sfortiam, & Comites Rubeos Parmenſes ſuper vno ex prædictis Caſtris Commiſſa fuerit Romanæ Rotæ á Summo Pontifice.

Quinto non potuiſſe Summum Pontificem Vaſſallos Sfortias ſibi prius immediate ſubiectos ſine eorum conſenſu alienare in Farneſios Duces.

Sexto poſſeſſionem eorumdem Caſtrorum non potuiſſe in ſui præiudicium appræhendi à Procuratore Fiſci, poſtquam ab eiſdem inueſtituris ſe vocatum profitetur, quam rationem eò magis vrgere credit, quòd Dux Parmæ prætendat eundem Signini Ducem Sereniſſimo Ranutio iuramentum fidelitatis preſtitiſſe.

Hęc eſt illa facti ſpecies, quę fuſius explicata eſt in ſcriptis impreſſis quę Collegi js noſtris ſunt exibita. Modo quæritur, quid iuris.

Nos verò huic operæ prætium facturos arbitramur, ſi hanc rem ab altiſ-
ſima repetetes origine prędictę Farneſianę legis iuſtitiam demonſtremus;
quo præſtito Iuſtificatum erit quidquid in hac cauſa eiuſdem legis virtute,
per ſuos miniſtros, huc vſque fecit Sereniſſimus Dux Parmæ Caſtrorum
Poſſeſſionem apprehendendo, & quidquid in poſterum facere intēdit prę-
tendentium iura cognoſcendo, quę *duo ſunt* ſumma, & eiuſdem legis, & prę
1 ſentis controuerſiæ capita: hanc verò Farneſianæ legis defenſionem nos
conſecutos eſſe non prius arbitrabimur quàm tandem pleniſsime ſatisfe-
cerimus omnibus ijs quæ non ſolum ex aduerſo hucuſque obiecta ſunt
ſed, & quæ obijci poſſe animaduerterimus.

Quo ad primum, in quo agitur de prima legis parte conſtanter affirma-
mus licere Domino, finita linea, auctoritate propria feudi poſſeſſionem,
2 nullo citato, appræhendere quod, & auctoritatibus, & rationibus de iure
compertiſſimum eſſe oſtendemus; auctoritatibus quidem, quando hanc
eſſe veram, & indubitatam ſententiam aſſeruerunt *Bal. in conſ. 301. num. 5.*
vol. 1. idem in conſ. 345. num. 4. eod. vol. vbi, & clam, & manu armata poſ-
3 ſeſſionem à Domino appræhendi poſſe affirmat. *Idem Bald. in cap. quæ in*
Eccleſiarũ nu. 31. de conſt. & in cap. cæterum nu. 4. de iud. & egregie in cap. 1. in vlti-
mo notabili de conten. inter dom. & fidel. de inueſt. feud. Affl. in cap. imperialem §. il-
lud quoque num. 19. de prohib. feud. alie per Fride. poſt lucam de Pen. in l. quicumq;
C. de fund. limit. lib. 11. idem Affl. in cap. 1. num. 19. de conten. inter Dom. & fidel.
& deciſ. 392. num. 18. & 19. Caſtr. in conſ. 68. lib. 2. Alex. conſ. 124. lib. 1. Præ-
poſ. in cap. 1. §. fin. num. 4 qui feud. dar. poß. Dec. conſ. 191. Barbat. in c. ex parte ex-
tra de feud. Curt. iunior de feud. par. 4 num. 155. Bero. conſ. 45. num. 20. lib. 3. Brun.
conſ. 19. num. 3. 4. 5. 6. Crau. conſ. 5. nu. 7. Boſſ. omnino videndus, quia de indu
4 bitata conſuetudine atteſtatur *in tit. de Princip. nu. 295. & nu. 331. ſequitur*

Natta

Natta cons. 563. num. 36. Zas. cons. 12. num. 102. 103. & 108. lib. 1. Roland. cons. 2. num. 175. lib. 1. & post alios Gab. in com. conclus. tit. de acqui poss. conclus 1. num. 106. Pet. de Grego. in tractat. concess. feud. par. 1. quæst. 4. & indubitatam esse
5 hanc sententiam in rege vel regiam potestatem habente qualis est Serenissimus Dux Parmæ (vt latius infra) tradidit *Vicentius de Anan. in suo sing. 151. quem sequitur Fabius illius filius ibi in addit.* & talem cōsuetudinem in Re-
6 gno Neapolitano vigere, vt mortuo, sine filijs feudatario Dominus, sequestri nomine, possessionem capiat, tradiderunt *idem Affl. decis. 197. & Io. Antonius de Negr. in cap. præsumptuosæ per totum, & præsertim num. 23. & tandem Borel. in sum. decis. tit. 34. de feud. num. 318.*

Quò vero ad rationes, vigent nonnulla similia quæ pulcherime hanc eandem veritatem ostendunt.

Primò sicuti, mortuo vsufructuario, illius hęredi non competit interdi-
7 ctum adipiscendæ aduersus proprietarium, sed vsusfructus de formali fit causalis, & ipso iure, cū proprietate consolidatur ita vt proprietarius cum prius immediate animo possideret propria auctoritate corporaliter possidere possit, vt post veteres testatur *de com. Anton. Gabr. in com. cōcl. tit. de acqui. vel ammitt. poss. concl. 9. nu. 15.* Ità, cùm feudum sit quædam vsusfructus ser-
8 uitus, cuius proprietas in Domino directo residere dicitur, mortuo vassallo, potest Dominus, qui prius solo animo immediatè possidebat corporalem possessionem propria auctoritate nācisci; *Iason post multos in Cons. 152. vol. 4. Tiraq. in tract. le mort saisit le vif part. 5. decl. 3. Menoch. de recup. possess. rem. 4. nu. 372. Ita post Bald. Scrader. Zas. Cuntel. & plurimos alios Rosental. de feud. cap. 7. concl. 60. num. 13. in glos. n.* Et merito hæc vera sunt, quandò ea est
9 natura feudi, vt res hæreditaria, secundum regulam, non censeatur, atque propterea, vassallo defuncto, hæres, qui alioquin siue, ex interdicto quorum bonorum, siue ex remedio *legis finalis C. de edict. D. Adria. tollen.* rerum à defuncto possessarum possessionem appræhendisset à possessione feudi,
10 vt hæres reppellatur, nec si ei debeatur feudum, iure hęreditario, vt optime colligitur *ex textu in c. 1. de success. feud. cap. 1. §. cum vero. Conrad. de his, qui feud. dar. poss. Afflict. in præslud. feud. nu. 98. Scrader. par. 5. cap. 5. quæst 6. num. 59. Soc. senior cons. 19. vol. 1.*

11 Secundo sicuti, mortuo emphiteota, vltimo de linea inuestita, licet directo Domino, auctoritate propria, rerum emphiteoticarum possessionem capere *l. 2. & ibi glos. in verbo expellere, & cæteri scribentes, & præsertim Iason. num. 100. C. de iure emphit. Auth. qui rem C. de sacrosanc. Eccles. Aretin. cons. 21. Crauet. 302. num. 6. Gozad. 39.* de magis Communi testatur *Clar. in § emphiteusis quæst. 11. & quæst. 44. Menoc. de recup. rem. 1. num 79. Bero. cons. 45. num. 19. & 102. nu. 48. lib. 1. Ioseph. Lud. decis. Perus. 17. Vincentius de Anan. dict. sing. 151. cum addit. filij.* Ità cum valeat argumentum de emphiteosi ad feudum

12 *gl.in cap. 1. in versic. vtrumque in tit. an agnat. vel filij, vulgata est Doctrina Bart. & caeterorum in l. si mihi, & Titio ff. de verb. oblig. Bal. in cap. 1. in fine, quibus mod. feud. const. pot. de cõmum post caeteros. Socinus cons. 167. nu. 24. lib. 2. late Euerardus in sua centuria in loco ab emphit. ad feud. idem omnino* in feudo erit respondendũ.

13 Tertio confirmantur prædicta locatoris exemplo, qui locatione finita potest auctoritate propria conductorem expellere, licet nulla alia præcedat liquidatio *Bart. in l. 1. §. interdum ff. vti possid. Aret. d. cons. 21. nu. 5. Guid. Papa quæst. 480. Curtius Sen. consil. 47. num. 6. Ioseph. Lud. dicta decis. 17.* ita igitur Domino feudi, vltimo vassallo defuncto, idem nõ erit denegandũ.

14 Ex eo verò probatur similitudo, quòd omnes personę quarum ius tempore finitur sub eadem ratione, & regula regantur. *Bald. in cap. 1. in vltimo notabili de conten. inter Dom. & fidel.* cuius doctrinam extollit *Cumia super rit.*
15 *magna Cur. cap. 40. num. 84.* vt propterea, & coloni, & emphiteotæ, & vsufructuarij, & liuellarij, & vassalli, in proposito casu sub eadẽ militent lege.

16 Quarto superiora argumenta stringendo dicimus, si priuatis personis licita est finito tempore prædictarum possessionum, propria auctoritate expedienda appræhensio, quantò magis Iurisdictionẽ, & potestatem regiam habentibus, quo argumenti genere vtitur *Præpos. post Bald. in cap. 1. de feud. sin. cul. non amitt.*

17 Quinto ex eo Iustificari videtur prima eiusdem legis determinatio circa possessionem feudi finita linea appræhendenda, quòd generale, & tritum est cuiuscunque fisci priuilegium, vt sine possessione non litiget, quotiescumque enim ius in aliqua re prætendit, atque controuersiam imminere videt, eiusdem rei possessionem in primis appræhendit, & successiue contradicentium iura discutiuntur, ità Docet *Boer. in consuet. Bitur. tit. de feud. §. 13. col. 2. Rebuf. in tract. de mater possess. art. 2. gl. 2. num. 26. post ipsum Didac. prat.*
18 *quest cap. 17. nu. 6.* atque hic stilus communis est, & notorius in quacumque curia, & propterea omnino sequendus latè *Menoch. cons. 264. nu. 46. & 47.*

Ex quibus ni fallimur apertissimè constat, prædictam Farnesianæ legis partem, non solùm iustitiæ fundamentis inniti, sed & circumscripta prædi-
19 cta lege camerali, iustissimum fuisse futurum, vt eodem modo, possessio, de qua controuertitur à procuratore fisci Parmensis appræhenderetur, vt hinc de notoria iniustitia nullus legitime conqri posit, vt infrà fusius apparebit.

Quod verò spectat ad secundam legis partem, ex qua tribuitur iurisdictio consilio Iustitiæ Serenissimi Ducis, super Iuribus prætendẽtium in Castris, sequestri nomine, possessis qui capitalis est articulus, in hac causa, & propterea plenissimè discutiendus, indubitatum est in iure feudali hanc le-
20 gem esse Iustissimam, sanctam, & perpetuis temporibus inuiolabilem, licet enim communi regula caueatur ne quis in causa propria iudicet *l. vnica C. ne quis in cau s. prop.* Principes tamen regiam potestatem & iura Imperij ha-

ben-

21 bentes, possunt in proprijs causis iurisdictionem exercere *Bart. & Alber.*
per illum tex. in l. hoc Tiberius ff. de hæred. instit. idem Bart. in l. 1. vbi et Salicet. nu.
3. C. ne quis in sua causa Cast. in l. proxime nu. 4. ff. de his quæ in test. del. Alex. in l. est
receptum ff de Iurisdict. omnium Iudic. Oldrad. cons. 83. Alex. 13. num. 12. lib. 6.
Natta cons 487. num. 42. lib. 2. Rim. Iun. cons. 68. num. 19. lib. 1. Decian. cons. 41.
num. 120. lib. 2. Cacher. post alios cons. 9. num. 42. Lancel. Conrad. in templo om-
nium iudicum lib. 1. cap. 1. de Imperatore §. 4. in tit. iudicat in sua causa, Franc. in c.
cum speciali num. 32. de appellat. vbi statuit Principem habentem iura regia in
22 suo statu non posse vti suspectum recusari, cum nulla in eo iniustitia præ-
sumatur *cap. 1. 40. distinct & cap cuncta, & cap. per principal. 9. quæst. 3. Paris.*
de put. in tract. de sindicatu in verbo nobilis nu. 26. Resta. in tract. de imper. quæst. 91.
num. 4. & quæst. 110. vers. 326. Boss. in tit. de for. compet. num 170. Menoc. cons.
94. num. 12. lib. 1. Lancel in tract. de attent. 2. par. cap. 6. post recusationem Iudicij
pulcherimè Laderc. cons. 71. num. 1.
23 Cuius veritatis ea est ratio, quia, cum huiusmodi regiæ siue imperiales
potestates, peculiari dictante prouidentia effectiue sint à Deo, ex verbo
24 Apost. Pauli, nõ aliterq̃ ad Dei immitationẽ credũtur huiusmodi principes
iudicaturi ad tradita in *l. 1. ff. de off. præfec. præt. & in c. nouit. extra de appell.* Cor
25 enim Regis in manu Dei inquit sapiens. præterea, cum ijdem principes sint,
& diuites, & potentes non præsumuntur de priuatis substantijs velle dite-
26 scere *ad tex. in l. meminerint C. vnde vi.*
Et licet ijdem Principes regnum seu ducatum acceptum ferant inuesti-
turis Pontificijs, aut Imper. & propterea altitudinem seu supremitatem ta-
27 lis dominij detrectare non possint, ea tamen recognitio spectat ad solam
Regni vel ducatus vniuersitatem vel respectu deuolutionis, vel respectu
census præstandi prò vt in inuestituris cauetur; quantum enim spectat ad
particularem in subditos, & vassalos iurisdictionem & causarum sui status
28 cognitionẽ neminẽ superiorẽ agnoscũt cẽsenturq; supremi atque directi,
domini & propterea inuiolabili potestatis plenitudine potiri dicũtur, vt
de Rege Apuliæ de Duce Ferrariæ & de alijs huiusmodi Ducibus ab Eccle-
sia inuestitis scripsere *Bald in l. 1. nu. 1. C. vnde Cognati, et ibi Dec. nu. 4. Alex. cõs.*
1. nu 40. vol. 5. Iason. in l. si hæredis seruus n. 9. ff. de legat. 1. in l. 3. §. ex cõtrario nu.
79 de acquir. possess. et cons. 8. nu. 53. inter cõs. feud. Paris cons. 1. nu. 99. vol. 1. Nat
ta cons. 661. nu. 19. Martin. Lauden. de Princip. q. 43. Amed. à Pont. quæst. lau-
dem 24. Decian. cons. 56. nu. 2. vol. 5. Menoch. cons. 226. nu. 182. lib. 3. Peregrin.
cons 4. nu. 5. vol. 1. Brun. cons. 45. nu. 18. Natta cons. 487. num. 9. & cons. 608. nu.
3. Osasc. cons. 9. num. 2. sol. in commen. ad antique. decret Sabaud. super decreto rempu-
29 *plicam gl. 1. num. 8. Rosental. cap. 9. concl. 32. num. 9. & concl. 64. num. 3.*
Hinc ab huiusmodi Principibus ad Imperatorẽ vel Põtificẽ ipso sic sta-
tuẽte appellari nõ põt *Bal. in l. 1. ff. de offic. præfec. prat. et in proem. ff. Felyn. in c.*
cum

cum non liceat col. 5. de præscriptio. Afflict. in prælud. constit. regni quæst. 21. per totam
Natta Cons. 608. num. 7. Cæpol. cons. crimin. 17. num. 45. Decian. cons. 56. nu. 4.
5. vol. 5. Osasch. cons. 9. num. 41. & 43. Peregrin. de Iure fisci lib. 1. tit. 2. num. 63.
30 Hinc etiam in huiusmodi principum causas temporales nullo tempore
nulla ve instantia supremę Pontificum, aut Imperatorum potestates se in-
tromittunt *Paris. cons. 1. num. 97. vol. 1. & cons. 2. num. 18. vol. 2. Roland. cons.*
88. num. 31. vol. 1. Osasch cons. 9. num. 59. Decian. cons. 56. num. 5. vol. 5. Pon-
31 tifex enim & Imperator huiusmodi principes inuestiendo transferunt à
se, in ipsos iurisdictionem priuatiuè non cumulatiue, prò vt, maximè con-
tigit, in proposita specie, in qua ex ipsomet inuestituræ tenore priuatus est
32 inuestiens Iurisdictione Parmensi *Abb. & Felin. in c. cæterum de Iud. Hartmã*
post multos quæst. 45. num. 15. vbi testatur de comm. Thom. Gram. decis. 30. quem
refert, & sequitur attestando de comm Scrader. par. 10 sectione 1. num. 180. mitti-
33 *mus* casus denegatæ iustitię vel notoriæ iniustitiæ quos à proposita facti
specie omnino ab esse constabit.
Hinc tandem licet sit regula feudalis, de qua posterius in diluendis con-
trarijs quæ dictat controuersiam inter Dominos, & Vassalos per pares Cu-
34 riæ terminari debere, hæc tamen singulariter fallit in huiusmodi Principi-
bus regiam, & imperialem potestatem habentibus, vt post infinitos quos
cumulat tandem firmat *Rosental. cap. 12. tit. de iudicijs siue controuersijs feudal.*
concl 3. num. 4. in gl. d. & Intrigl. de feudis controuer. 2. art. 94. num 40.
Neque hic rursus turbentur subditi, & Vassalli quòd Principibus liceat
in propria causa iudicare; quasi quodamodo hæc facultas à ratione natura-
li abhorrere videatur, & quasi huiusmodi legis iustitia intellectui non ade-
quetur Quandoquidem dicimus ita humani gubernij prouidentissimam
35 ferre armoniam, ne scilicet Principes quorum auctoritatem subditos, aut
vassallos reueriri oportet, coram ijsdem vassallis aut subditis vilescant,
36 aut sordescant, si ab alijs iudicentur atque quandoque iudicati à causis ca-
dentes spectentur quod si, à se ipsis, & ex proprio iuditio cadant, Iustitiæ
ministratæ gloria vilitatem casus compensat, atque in hac compensatio-
ne Principis infracta amplitudo sustinetur.
37 Atque ita videmus ipsos de subditorum delictis iudicare, neque tamen
vllus conqueritur, licet tunc in propria causa verè iudicent per delictum
38 enim publicum principaliter Princeps est offensus; atque illi tenetur reus
criminaliter satisfacere *c. p. p. quæst. 6. Auth. qua in Prouincia C. vbi de Crim.*
ag op. & præsupponitur *à tex in l. vltima ff. de priuat. delict. in l. locatio §. illicita*
ff. de public. mittimus hinc ciuilem pœnam, quæ ad iustum commutatiuum
39 spectat, & qua priuatum emendatur damnum, sed spectamus solam crimi-
nalem quæ ad iustum pertinet distributiuum, de quibus eleganter *Arist. in*
lib. 5. etic. Iudicant igitur in propria causa delinquentes condemnando, &
tamen

40 tamen regula illa à ratione naturali petita quæ cuique de propria re Iudi-
cium vetare videtur nihil obstat quominus huiusmodi iudici js intellectus
acquiescat *arg. tex. in cap. 1. & ibi gl. in verbo punire de pœnis in 6. l. illud la prima*
& ibi Angel. & Castr. de appell. Innocent. in c. ex parte de verborum signific. Abbas
Roland. & alij quos plena manu congesserunt.

41 *Collegia nostra in cons.* prò eodem Serenissimo Duce aduersus Comi-
tem Albertum Scotum cuius copia exhibetur.

Et licet hæc propositio tot, & auctoritatibus, & rationibus comprobata
quaque propterea nostræ legis iustitia plenissime deffenditur nonnullos
42 habeat contra dictores qui mordicus existimarunt Principes vt quacumq;
regia potestate fulgentes subiectos esse Iuditio parium, in causis, inter ipsos
& vassallos exagitandis, iuxta superiorem regulam prò vt multos congerit
Rosental. loco citato num. 2. in gl. A. & Intrigl. d. num. 40. tamen eorum doctri-
43 nam sic temperant feudistæ vt de honestate quadam, nō verò de necessita-
te intelligatur, cum nulla necessitas adstringere possit regiam siue Imperia-
lem potestatem, vt alterius iurisdictioni subijciatur nimis enim à plenitu-
44 dine totius Iurisdictionis abhorret qualis est imperialis, vt ab alio tempo-
raliter iudicetur ità *Dec. in cap. cæterum num. 12. versic. 3. casus de iudicijs Me-*
nochi. de retin. possess. remed. 3. num. 436. Ias. in l. & est receptum num. 5. & ibi Dec.
num. 2. & Zas. num. 9 ff. de Iurisdic. omn. iudi. Felin in cap. cum venissent num. 5.
in fine & ibi Dec. num. 5. de Iud. Alciat. cons. 2. num. 26. lib. 3. Intrigl. in citato art.
94. num. 42.

Quod verò Serenissimus Dux Parmæ absolutissima regię potestatis ple-
nitudine in suo statu potiatur, præterquam quòd apertissimæ, & vberimæ
clausulæ quæ in inuestitura sunt insertæ testantur, cum in ipsum in omni-
45 bus, & per omnia translatum fuerit à Pontifice omne Ius Apostolicæ Sedis
in temporalibus atque propterea, in omnibus, & per omnia fuerit colloca-
tus in locum eiusdem Sedis Apostolicæ, resseruato tantumodo Pontifici
annuo quodam censu, & prò vt latius, & abundius ex ijsdem clausulis vi-
deri potest; non desunt etiam auctores non vltimæ auctoritatis qui hanc
46 eandem veritatem testantur, & vno ore affirmant Serenissimos Parmæ Du-
ces cum regalibus fuisse inuestitos, Imperiali potestate potiri, iurisdictioné
in ipsos priuatiuè, non commulatiue fuisse translatam, Pontifices in eorum
causas se non intromittere, de causis inter se, & vassallos cognoscere, atque
47 inuiolabilem esse illorum statum regiæ prorsus conditioni similem *Odd. de*
rest. in integ. quæst. 2. art. 9. in fine, & quæst. 91. art. 2. num. 23 & prius Decian. cons.
48 *41. nu. 120. vol. 2. qui* Ducem Parmæ Iudicem iudicum appellat *Farinac. de*
inquisit. quæst. 6. num. 7. Io. Antonius Bellonus cons. 5. num. 13. Sacc. cons. 8. num. 2.
Mart. decis. seu voto 164. vbi obseruat Summum Pontificem rellaxasse, &
abdicasse à se ipso, & in eundem Ducem transfudisse omnem Iurisdictio-

49 nem in cauſis feudorum in cuius rei gratiam perpendit *textum in cap. nouit: de Iuditijs, & textum in cap. ex tranſmiſſa, & cap. verum de foro competenti* tan-
50 demque ſtatuit in cauſis feudalibus non ſolum in prima ſed nec etiam in ſecunda inſtantia non poſſe, de Sereniſsimo Duce Parmæ ad Pontificem recurri, ad mentem *Andrea in cap. 1. §. preterea de prohib. feud. alien. per Fridericum.*

51 Nulli vero dubium eſt quin per talem omnimodam tranſlationem Sereniſſimus Dux Parmæ effectus fuerit (vt ita dicamus) quaſi Pontifex in ſuo ſtatu, Ex qua Politica Metamorphoſi, duo omnino conſequuntur, Al-
52 terum eſt, ſi iuſtitiæ Ciuili conſentaneum fuiſſet, vt ante huiuſmodi tranſlationem Pontifex de huiuſmodi cauſis iudicaret, nunc, eadem dictante iuſtitia, Dux Parmæ de iiſdem iuditium ferre poſſit: Alterum verò, Pontificē poſt tranſlationē huiuſmodi (quia ſic ſibi placuit, & ità cōſtitui) nō poſ
53 ſe tranſlatā iuriſdictionē exercere, cum hęc impotētia ſit illius pręteritę volūtatis ſequela *Natt. conſ. 580 nu. 4. Surd. conſ. 210 nu. 36. 40. 41. et 56. lib. 2.*

Et egregiè in terminis noſtris de ſignatura non concedenda, audientia non præſtanda, & cauſa non committenda à Summo Pontifice ad inſtan-
54 tiam Vaſſalli ſeu ſubditi Sereneſsimi Ducis Parmę *Ioannes Antonius Bellon. conſ. 5 per totum, & præſertim num. 25. 26.* vbi egregiè vtramque tranſlationis ſequelam demonſtrat, cuius doctrinam prius formarunt *Abbas. vt ſuperius*
55 *etiam* attigimus *in cap. caterum num. 7. de Iuditijs Felinus in cap. Paſtoralis in 6. limit. de offit. ordin. Rolland. à Val. conſ. 48. num. 25. conſ. 78. num. 5. vol. 2. Surd. conſ. 210. num. 7. & 56. lib. 2. Morot. conſ. 46 num. 9. Oſaſc. conſ. 9. num. 41. conſ. 26. num 14. conſ. 45. num. 6. & deciſ. 29 num. 8. Peregrin. conſ. 13. num. 11. lib. 5.*

56 Et priùs egregiè *Bald. in l. 1. quæſt. 43. ff. de rerum diuiſ. num. 35. Pariſ conſ. 8. num. 30. vol. 1. Brun conſ. 27. num. 18. conſ. 31. num. 3. conſil: 47. num. 7. Natt. conſ. 580. num. 4. Idem Roland. conſ. 48. num. 22. conſ. 78. num. 3. & 6. vol. 2. conſil. 75. num. 15. vol. 3. & repetit. Oſaſc. conſ. 26. num 15. & conſ. 45. num. 6.* atque Iterum *Surd. conſ. 210 num. 40.* & pulchrè *Laderch. Imolen conſ. 71. in fine; Peregrin. conſ 1 num 14. vol. 1. Menoc. conſ. 1156. num. 38. lib. 12.* Hinc ſubditi,
57 & Vaſſalli tenentur omnino, coram immediato Principe, iuri ſtare, neque à ſupremo, & mediato Domino, eam iuriſdictionem petere, quam à ſe ipſo abductam voluit hęc enim eſt inuiolabilis feudorum iuſtitia quam in prę-
58 ſenti demonſtrare contendimus prò Farneſianę legis defenſione *Bald. conſ. 466. num. 7 lib. 1. & conſ. 127. num. 11. lib. 3. Afflict. deciſ. 265. num. 34. Clar. qui teſtatur de comm. omnium dd. §. feudum quæſt. 90. Gozad. qui, & ipſe teſtatur de comm. conſ. 4. ad finem Capijc. deciſ. 118. num. 6. Boer. deciſ. 114. num. 15. Surd.*
59 *conſ. 47. num. 37. Mencoh. qui* de magis communi teſtatur *de ret. poſſ. remedio 3.*
60 *num. 403.* atque idem in terminis Sereniſsimi Ducis Parmę *conſ. 340. num. 54. lib. 4. Puteus deciſ. 39. num. 6. in 1. par. Schrader. de feud. parte decima ſect. 1. num. 1.*

61 *num.1. & seq. vol. 2.* quibus ita se habentibus non potest mediatus Princeps immediato inhibere, ac causas huiusmodi ad se auocare *Capel. Tholos. decis. 481. Rip. in cap. cum M. Ferrariens. num. 194. de constit. & in l. quod iussit num. 61. ff. de re Iudicata Lancel. de attent. par. 2. cap. 10. per totum*, & presertim *num. 29. & cap. 2. quæst. 2. num. 33. & quæst. 3. num. 70. & 71. Rebuf. in const. regiorum. 1. tit. de auocat. quæst. 2. 5. & 6. Gail. pract. obseru. lib. 1. obseruat. 41. Sebrader. par. 10. sect. 1. num 180. & 189.*

62 Cum hac Pontificia translatione quę Parmensis Iurisdictionis iustitiam in huiusmodi causis demonstrat optime conspirat duplex consuetudo altera vniuersalis, altera vero Parmę particularis.

Vniuersali siquidem consuetudine cauetur vt circumscriptis veteribus
63 feudorum vsibus causę inter Dominos, & Vassallos non per pares curiæ nō per supremum Principem, sed per Dominum ipsum immediatū terminentur *Bald. in Cap. Imperialem § præterea si inter. de Prohibit. feud. alien. per frider. Boss. de for. compet. num. 39. & 174. Roland. à Val. cons. 89. num. 19. vol. 2. Ossasch. cons. 9. num. 50. Siluan. cons. 62. num. 23. Brun. cons. 45. num. 8.* conferunt ij quos suprà adduximus ad exceptionem textus in l. vnica C. ne quis in caus. propria.

64 Consuetudinem verò particularem, & inuiolabilem stilum vigere Parmę, vt causę huiusmodi à solo Duce terminentur, vtque propterea Pontifex neque auocet neque inhibeat, nec quoquo pacto in quacumque instantia se intromittat stante maximè ea clausula in inuestituris quę absolutis-
65 simè huiusmodi causarum commissiones prohibet, easque si obtineantur nullam iurisdictionem tribuere sed extortas esse iudicat, indeque formatos processus irritos, & inanes declarat testantur *Sacc. cons. 2. num. 16. & num. 45.* latè *Ioannes Antonius Bellon. in prædicto cons. 5. num. 145. 146. 147.*

66 Hinc dato (citra preiudicium veri) trāslationem predictam non potuisse firmare iurisdictionem super huiusmodi causis in persona Serenissimi Ducis adhuc vterque stilus omnino obseruandus eiusdem esset virtutis vt infra fusius apparebit.

Sed, & circumscripta huiusmodi abdicatiua translatione adhuc in iure
67 compertissimum est solius subrogationis virtute eandem potestatem, & iurisdictionem Serenissimo Duci competere quę prius Romanis Pontificibus competebat *l. vnica C. de colleg. Natta cons. 160. post num. 26. per tex. in l. si eum § qui iniuriarum ff. si quis caut. Crauett. cons. 973. num. 8. lib. 6. Gabr. com.*
68 *concl. lib. 6. tit. de reg. iur.* quam regulam peculiari virtute obseruari in feudis tradiderunt *Aluarot. in cap. 1. col. 1. in fine de vassall. decrep. Intrigliol. de feud. quæst. 24. num. 6.* atque certissimi Iuris est (nisi aliud constiterit) subrogationem censeri factam cum omnibus qualitatibus circumstantijs, & facul-
69 tatibus quę priùs ei competebant in cuius locum facta est eadem subro-

gatio *Dec.conſ.120.col.2.circa finem Buticell.in l.quod te num.21.ff.ſi cert.pet. Caphal.conſ.58.num. 30.Siluan.conſ.66.ex l.penultima C. de prox.ſacri.Scrin.lib.*
70 *12.Marian.de cit.art.7.num.59.Caſſan.conſ.22.num.22.*quæ propoſitio non
procedit ſolum in ſubrogatione legis ſed, & viget in ſubrogatione hominis *Socin.conſ.268.num.5.lib.2.Gab. vbi ſup.num.4.*
71 Quod verò Sereniſsimus Dux Parmę ſubrogatus fuerit in locum Pontificis propter eaque omnia poſsit in eo Ducatu quę temporaliter Pontifex poterat conſtat ex infraſcriptis clauſulis, &c.
72 Primo ponentes Reuerendiſsimus D. Camerarius, & DD. Cardinales prędicti prædictum Illuſtriſsimum D. Pet. Aloyſium, & pro eo D. Nicolaum Procuratorem, & me Notarium pręſentes, & acceptantes de, & ſuper Ciuitatibus Parmę, & Placen. & alijs Oppidis terris, & locis prędictis illorumque, & illarum territorijs diſtrictibus, & omni illarum, & illorum iuriſdictione poteſtate, & ſuperioritate, & alijs ſuperius expreſsis, & cōceſsit in locum ius, & priuilegium ſedis, & Camerę prædictarum, &c.
73 Secundò ibi quemadmodum Summus Pontifex, & Cam. Apoſt. ante conceſsionem huiuſmodi facere potuiſſent, & poterant, &c.
74 Tertiò ibi in ſuperiorem loco Sedis, &c.
75 Quartò ibi eiſdem formis, & iuribus quibus nobis, & Sedi præfatę ſubiecta erant, &c.
76 Quintò ibi altam, & baſſam, &c. quam in eiſdem, &c.
Ex quibus nullus inficiari poteſt, quin virtute talis ſubrogationis ſi Pon-
77 tifex potuiſſet ante Farneſiorum inueſtituram de huiuſmodi cauſis iudicare, Idem etiam omnino poſsit Sereniſsimus Dux Parmæ vt propterea hinc confirmetur prædictæ legis iuſtitia quæ officialibus Ducis hanc eandem decernit iuriſdictionem.
Pręterea, circumſcripta radicali iuſtitia eiuſdem legis addimus ipſam ſa-
78 tis iuſtificari ex anteà acta communi obſeruātia, propter quam conſtitutus eſt Sereniſsimus Dux in quaſi poſſeſsione iudicandi de cauſis proprijs contra ſuos vaſſallos atque in eo ſtatu poſitus eſt vt ipſi ad Pontificem recurrentes ad Tribunalia Parmę remittantur eſt autem iuſtitię conſentaneum
79 vt in dubijs obſeruetur quòd antea eſt obſeruatum.
80 Eſt enim obſeruantia rerum interpręs, cui plurimum in rebus dubijs iu-
81 ra fauent. Quinimo, & ipſa ius facit *l. ſi de interpretatione l. minime l. de quibus ff.*
82 *de leg. Clem. dudum §. verum de ſepult. c. licet ex ſuſcepto de for. comp. Caputaque deciſ. 177.num 7.par.1. Rom.conſ.61.num.1. Mantic. de con. vlt. vol. lib.11.tit.18.num. 34. Minad. deciſ.11. Capell. Tholoſ. quæ ſt.215. Rot. coram Lugdunen. in granaten. Capellan.12. Ianuarij 1607. in vlt. Farin. par.2. deciſ.194. num.4. & Coram Damaſceno in bodiens fideicom.10. Iunij 1513. in ijſdem vltimi §. Farinac. eadem par.*
83 *2. deciſ.463. num.2.* Quę propoſitio maximè viget in feudis quę vſu & con-

fuetu-

suetudine reguntur *c. 1. & ibi ellegantissimè Aluarot, post veteres de cognit. feud. Rosenta le post alios quos adducit in cap. 12. conclus. 14. num. 41. tom. 2.*

84 Ex eo, verò constat de obseruantia iudicandi in proprijs causis contra Vassallos, atque ipsos Romam confugientes, ad Tribunalia Parmę retrahendi, quod non solum in facto nobis supponitur omnia iura per Ducatus erectionem de manu Pontificum à Serenissimis Farnesijs acquisita semper sarta tecta, & inuiolata constitisse, neque Pontifices, pro tempore, causas vnquam inter Duces, & Vassallos ad se aduocasse, aut delegasse, sed, & notissimum, & memorabile extat exemplum illius celeberrimę causę quę

85 sub felicissimis Pontificibus Clem. Octauo, & Paulo Quinto agitabatur inter Serenissimum Ducem Parmę, & Comitem Albertum Scotū eius Vassallum, qui toto conatu studebat, & contendebat vt à Sanctissimorum signaturis illius commissionem obtineret, sed cum pro Serenissimo Duce Farnesio hæc eadem nostra collegia scripsissent fuit, tandem reiectus ab Illustrissimis DD. Cardinalibus Arrigonio, & Pamphilio, quibus erat à Pontifice negotium extraiudicialiter demandatum.

86 Neque vero dubium est quin etiam ex vnico actu in rebus incorporalibus coalescat obseruantia, & acquiratur quasi possessio, maxime, vt, in

87 summarijssimo detur interdictum retinendę, vt si, vnica vice, & posteriori reiectus est Vassallus à S. Pontifice, & nunc fit rei jciendus *Alex. cons. fin. num. 1. vol. 1. Caputaque decis. 337. par. 2. Marchesi. de commiss. par. 1. c. 21. sect. 2. num. 103. Illustrissimus Serafinus* nostrę Patrię decus, & olim collega noster *decis. 456. & 1213. num. 5. Rot. Bonon. ad interpret. stat. decis. 138. num. 54. & ibi add. nostri Bertaz. cons. ciuil. 123. num. 40. Peregrin. de fideicom. art. 46. num. 19. Gratian. disceptat. forens. c. 113. num. 2. lib. 1. & cap. 310. num. 76. lib. 3.*

Ex quibus huc vsque allegatis luculentissime ni fallimur constat de Iustitia illius Farnesianę constitutionis cuius virtute, & à Procuratore Fiscali

88 apprehensa est, sequestri nomine, Castrorum possessio, & cuius eiusdem virtute iustè pretendit Serenissimus Dux Parmæ à suis Tribunalibus pretendontium Iura cognosci, & recurrentes ad Sanctissimos Vrbani pedes omnino rei jciendos, quod erat primum propositę consultationis caput.

Nunc ad secundum descendimus in quo non ea solum quę ex aduerso obijciuntur, sed & quę obijci posse putamus plenissime discutiemus.

Primum aduersarię partis fundamentum ex eo deducitur quod in fir-

89 manda Iurisdictione ius metimur ab actore seu illius libello *l. cum quadam puella §. quoties ff. de iurisd. om. iud.* vbi Iurisdictionis quæstio expeditur se-

90 cundum formam petitionis cuius textus virtute existimarunt *Mynsinger. obseru. Cam. imper. centur. 2. obseruatione 9. per totum, & Gail. prac. obseru. lib. 1. obseru. 31. per totam* quo ad firmandam Iurisdictionem, & obtinendos proces-

91 sus à Iudice sufficere si allegetur in libello qualitas, quę si vera esset Iurisdi-

 ctione

ctioné tribueret etiam si non probetur imò etiam si falsa sit dumodo tamen
de falsitate non constet vt propterea narrata simpliciter in supplicationi-
bus fundent Iurisdictionem ad effectum vt tanquam coram Iudice compe-
tenti inditium inchoetur.

92 Quare cum Excellentissimus Dux Signini narrauerit in supplicibus li-
bellis Summo Pontifici porrectis se immediate ab Apostolica Sede ea feu
da recognoscere de quibus est quæstio seque propterea non feudatarium
Serenissimi Ducis Parmæ sed sub eadem Sede eiusdem Ducis esse confeu-
datarium vtique illam qualitatem expræssisse dicendus est ex qua funda-
tur Iurisdictio ad effectum vt in Romana Curia causa cognoscatur, certis-
93 simi enim Iuris est controuersias inter confeudatarios terminari debere Cō
ram Communi Domino directo *capit. 1. apud quem vel quos contro feud. deffini.
tit. 18. lib. 1. & ibi omnes feudistæ Curt. Iunior. in tract. de feudis septima parte nu. 2.
Clarus in §. feudum quæst. 90. num. 5. ad idem text. in capit. cæterum extra de iud.
Schrader post multos quos adducit de feud. parte decima sect. 1. num. 1.*

Respondemus autem huic argumento opinionem diametraliter con-
94 trariam maiori propositioni eiusdem argumenti, & sic aduersantem sen-
tentiæ *Mysing. & Gail.* esse de iure veriorem, quandoquidem præcedere de
bet summaria saltem cognitio illius qualitatis, quæ in libello exprimitur,
quæque secundum aduersarios iurisdictionem fundat, ita vt si in summario
illo Iudicio constet de veritate eiusdem qualitatis aduersariorum senten-
95 tia obtineat, sin verò exinde detecta sit falsitas, nulla per petētem ob cuius
vis qualitatis expræsionem iurisdictio firmetur *cap. si clericus laicum de for.
compet. gl. in cap. 1. in ver. conseruatores de off. deleg. lib. 6. Bart. in l. præscriptio ne
num. 8. C. si contra Ius vel Vtil. public. Bald. in l. si quis ex alien. in 1. lect. ad finem ff.
de iud. Domin. in cap. 1. § contrahentes nu. 7. de for. comp. in 6. & ibi Perus. num 6.
96 Abbas in eodem cap. si cler. laic. col. penult. & ibi Felin. testatur de Communi Alex.
cons. 1. num. 8. lib. 5. Iason in dicta lege cum quædam puella §. finali num. 2. de iuris-
dict. omn. iudic. Curtius iunior. in l. 2. num. 3. ff. si quis in ius vocatus Ant. de Math.
de prorog. iurisdict. num. 71. Tiraq. l. 1. retract. §. 8. gl. 5. num. 19.*

Cuius communioris sententiæ firmissimam rationem eam esse putamus
97 quæ, natura dictante, omnibus suadet vt nulli sit integrum per simplicem
assertionem legitime non probatam, alterum iure suo spoliare; sicu-
ti contingeret si vassallus Domini sui tribunalia dedignans per assertio-
nem nudam in alio Principe iurisdictionem fundans Dominum Iurisdi-
98 ctione spoliaret, alioquin iura male voluntati indulgerent contra tex. in *l.
in fundo §. constituimus ff. de rei vend. l. 2. ff. soluto matrim. l. si cui ff. de seruit. Gail.
pract. obser. lib. 1. obser. 31. num. 4 & 5.* Neque sit qui dicat si vera esset hæc
ratio naturalis facile etiam futuram fuisse vt eam præuidissent *Mysing. &
99 Gail.* Iuris consulti alioquin cordatissimi, respondemus enim eosdem, au-

ctores

ctorem non de communi iure, sed de stilo Cameræ Imperialis eandem pro-
positionem pronuntiasse, nos vero eiusdem Cameræ stilum in hoc art. om-
nino circumscribendum putamus.

Sed, & dato citrà præiudicium veri, veram esse communiter eorundem Iu
ris consultorum præpositionem, illa tamen iustissimè fallit vbi notoriè fal
100 sa esset illa qualitas quam iurisdictionem firmare affirmant, tunc enim nar
ratis in supplicibus libellis nullo pacto stãdum esse affirmamus vt inde præ
tensa fundetur iurisdictio *Marsil. in Rub. C. de probat. num. 233. Felin. in cap.*
si duobus num. 6. de appellat. & ibi gl. in verbo nisi cognouerit, & in cap. placita 15.
quæst. 4. in verbo orationibus Alex. in dicta lege cum quædam puella §. quoties num.
2. vbi aperte tenet illum textum non procedere si ab initio de non veritate
constiterit.

101 Quare cum ex supradicta translatione, & subrogatione Farnesiorum in
locum Sedis Apostolicæ Excellentissimus Signini Dux notoriè sit Farne-
siorum Ducum vassallus apertissimè constat, qualitatem, de qua supra in
libellis expressam Iurisdictionem in Rom. curia non fundare.

Tertio tandem ad idem argumentum respondemus dato citrà veri præ
iuditium per huiusmodi supplices libellos fundari posse Iurisdictionem in
Roman. Curia adhuc eandem Iurisdictionem virtute translationis, & sub-
rogationis de quibus supra reflecti in eũdem Serenissimum Parmæ Ducem,
cum enim Farnesij Duces in omnibus, & per omnia respectu huiusmodi
102 Castrorum Apostolicæ Sedis locum teneant quodcumque iurisdictionis
exercitium super ijsdem castris Apostolicæ Sedi aperiatur illud, superiori
ratione, in Farnesios Duces reflecti constat, aliòquin non esset verum om-
nem potestatem super ijsdem castris esse à Pontificibus abdicatam prò vt
verè abdicatam esse constat ex superioribus clausulis.

Sed ad hanc tertiam responsionem replicatur ex aduerso, nullas esse, &
103 inualidas huiusmodi translationem, & subrogationem, tum ex deffectu vo
luntatis, tum maxime ex defectu potestatis eiusdem Summi Pontificis, qui
replicationis articulus maximum habet momentum in hac controuersia,
& propterea plene nobis erit discutiendus.

Quo ad voluntatem asserit aduersarius vel asserere potest, non esse vero
104 simile Sum. Pontificem, per erectionem Parmæ in Ducatum voluisse præa
iudicare Sfortijs in eo iure quod ante erectionem erat ipsis quæsitum vt im-
mediatè Sedem Apostolicam agnoscerent *arg. tex. in l. 2. §. merito & §. si quis à*
Principe ff. ne quid in loc. publ. & cap. ex tuarum de auct. & vsu pal. Felin. in cap.
causam de rescript. cũ alijs multis quos adducit Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt.
105 11. *num 8.* vbi ait nullo pacto præsumendum esse Principem per quamcũq;
nouam declarationem voluisse perimere concessionẽ semel alicui factam
refert; & addit plura *Menoch. de præsumpt. lib. 2. cap. 9. in principio Rot. dec. 445.*

alias

alias 71.in antiquis de rescript. & tenuerunt alias Collegia nostra pro mona-
cis contra Canonicos. De quo post cons. Zabarel. refert, & pluribus com-
106 probat, Neuizan.cons. 12.col.20.inter consil. Brun. vt propterea in huiusmodi
concessionibus semper subintelligatur clausula saluo Iure, &c. Ias.in l. 1.
107 num.3.ff.de const.Princip.Felin.in c.capitulum num.43.de rescript. quæ merito ve-
ra sunt quando verba potius impropriantur quam, vt ex ipsis iuri tertij præ
108 iudicium inferri dicamus Rom. cons. 334.num. 2. Imò clausula non obstan-
tibus cõcessionibus intelligitur de inualidis, nõ de validis, ne tertio Ius quę-
109 situm ex contractu tollatur Abbas, & Felin. in c. causam de rescript. Dec. consil.
191.num.2.Ias.in l.fin.num.20.& 21.ff.de const. Princ. Quæ tanto magis vera
110 sunt, quòd extat regula Cancellariæ eiusdem Principis de non tollend.iur.
quæsito per quam præseruatum est cuilibet in quacumque posteriori con-
cessione ius quodcunq; quantumuis minimum Cesar de Graff. decis. 193.
111 num.4. & in specie de iure præseruato vassallis non consentientibus in alie-
natione feudi Put.decis.31 in vna Taraconen.lib.1. Neq; huic regulæ per verba
112 quantumuis generalia derrogatum censetur cum S. P. non sit solitus ei nisi
specialiter derrogare Put.decis.265.num.2.& 3.lib.2. Est autem apertissimũ
nobilius esse ius, & conditionem vassalli si immediate Apostolicam Sedem
113 agnoscat, quam si sub alio Duce feudum possideat, felicius enim sub maio-
114 re Principe defensionem & decus expectat, quam sub minore §.ex eadem. l.
de l.Conrad. & ibi DD.Isern. in §.finali num. 2.quo tempore miles latissimè Ro-
sental.cap. 9.memb.primo concl.62.

Quod verò spectat ad potestatem, sicuti vassallus non potest alienare
feudum inuito Domino atq; per huiusmodi alienationẽ eum Domino su-
bijcere feudatarium quem ipse noluerit, ità non potest Dominus alienare
115 feudum inuito vassallo atque per huiusmodi alienatione cum vassallo assi-
gnare Dominum quem ipse à principio voluisset cap. 1. §. ex eadem lege de l.
Conradi, & ibi Beluis. Isern.num. 8. & 9. Bald. Aluar. Præposit. num. 2.
Laud.num.2. Afflict.num.1.in Princ.Scheuch.Balzar.num.15.& 20.gl.in cap.2.
quo tempore miles, & ibi Iser.num.2.Affl.num.4.Bald.num.5.Aluar.Laud.num.8.
116 & plerique dd.in c.imperialem § præterea Ducatus de prohib.feud.alien.per frid. &
infiniti quos numerat Rosental.de feud.cap.9.concl.62.nu.2.in gl.B, & ità determi-
nauit Azo collega noster post celeberrimam disputationem in memorabi-
li causa Ducis Britanniæ, qui se inuitum à Rege Franciæ in Regem Angliæ
alienari non potuisse affirmabat, quæ determinatio relata est in cons. Neuiz.
117 12.inter cons.feud. Bruni. Quinimo si Dominus alienet iure suo priuatur ad
tex.in d.cap.1. §. ex eadem de l. Conrad. & cap. Imperialem §. præterea Ducatus de
probib.feud.alien per frid.iunctis cap.1.& ibi gl.in fin.qualiter Dominus Proprieta-
te priuetur, & c. Domino Comitante:si de feud. defunc. cum innumeris alijs quos
ad satietatem cumulauit Rosental.loco præcitato num.3.gl.C.

Cuius veritatis rationem esse dicunt dd. omnes, & veteres, & neoterici,
118 in prædictis locis; quia cum feudum sit contractus nominatus, & recipro-
cus, & hinc inde obligatorius, & in quo propterea non est licita pœniten-
119 tia, cumque vassallus, & Dominus sint termini correlatiui profecto quod
non licet vassallo in Dominum nec licet Domino in Vassallũ, forte enim
fortuna si nouum Dominum præuidisset Vassallus à principio non con-
120 traxisset neque se ipsum ad obsequia vel fidem obligasset; quid enim si Do-
minus inimico sui vassalli feudum alienaret? & tanto magis hæc vera es-
121 se creduntur ab interpretibus, si contingat vt alienatio feudi in Inferiorem
priore Domino fiat facile si quidem à principio talem Dominum recusas-
set Vassallus; Hæc à DD. passim considerata, suadere videntur Summos
Pontifices non vt Christi Vicarios sed vt temporales Reges agentes non
122 potuisse familiam Sforciam sibi prius vassallam in Inferiores Principes per
posteriores contractus alienare; Quia in re peculiariter, & omnino viden-
dus est *Bald. in insigni cons. 327. 328. vol. 1*, quare cum in prædicta translatio-
123 ne, & subrogatione deficiat hæc voluntas; & potestas Summi Pontificis
frustra à Serenissimo Parmæ Duce allegantur *Romanus consil. 369. num. 16 v*
& reg. tex. in cap. non præstat de reg. Iur. in 6.

Sed ad hanc replicationem efficacissime respondemus; & primo ad ca-
put ipsius voluntatis, constare nempe de apertissima Summi Pontificis vo-
124 luntate ex ipsis verbis; Quatenus concedit merum, & mixtum imperium,
& gladij potestatem in Ciues Comitatinos Barones Comites, Marchio-
nes, & alios quoscumque feudatarios Terras Castra Oppida, Arces, Forti-
litia, & quæcumque alia loca in Ciuitatibus, Oppidis, terris, Castris, locis,
territorijs, Comitatibus, & districtibus prædictis in feudum seu alias à Ro-
mana Ecclesia, & Camera Apostolica habentibus, & tenentibus, Ita quod
illi non obstantibus quibuscumque priuilegijs etiam separationum, dis-
membrationum, exemptionum, & immunitatum cuiuscumque temporis
vis forsan quomodolibet concessis de cætero non amplius Sedem, & Came-
ram prædictas sed dd. DD. Petrum Aloysium, & qui pro tempore fue-
rint iuxta prædicta eius successores in superiores loco Sedis, & Cameræ præ-
dictæ recognoscere ipsisque D. Petro Aloysio, & successoribus ẽt nouum,
& de præsenti fidelitatis Iuramentum, & obedientiam propterea quomo-
libet debitam præstare teneantur, & siue propter deficientiam familiarum
& linearum siue propter delictum, & culpam aut alias quomodolibet feu-
da ipsa per illorum possidentes amitti seu aperiri, & ad Dominum deuolui
continget, non ad Sedem, & Cameram prædictas sed ad ipsum D. Petrum
Aloysium, & suum pro tempore successorem aperiantur, & deuoluan-
tur.
125 Vbi vero verba trientem apertissime aperiunt ibi de voluntate constare

dicen-

dicendum est *l. ille aut ille ff. de legatis 3. l. continuus ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumpt. lib. 1 post alias* auctoritates ab eo adductas *præsumpt. 26. num. 6. &c. cons. 97. num. 46 lib. 1. Castil. quotid. controuer. iur. lib. 4. cap. 27. num. 25. vers. secundus casus.*

126 Non obstant superius obiecta, quando sibi tantumodo vindicant locum vbi versamur in dubijs voluntatis quæstionibus, prout in huiusmodi terminis vigent auctoritates superius allegatæ, vt ex ipsis videre est. Quæ
127 tanto magis vera sunt vbi posterioribus concessionibus adiectæ sunt clausulæ motu proprio ex certa scientia, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, quarum virtute censendus est Princeps iuri tertij voluisse derogare etiam si expresse non derogauerit. *Alc. post alios dicta præsumptione 11. num. 9.*

Sed quia hic versamur in materia iustissimæ regulæ Cancellariæ de quæsit. iur. non toll. ideo sunt ad eam peculiares afferendæ responsiones.

128 Primo igitur respondemus dispositionem sui natura præiudicialem, qualis forte in subalternatos vassallos est Farnesiorum inuestitura, vt ex verbis superius ponderatis apparet omnino præiudicare, & superiori regulæ derogare, etiam si speciali prouidentia, & verborum expressione ei non fuerit derogatum *Rota Romana apud Farinac. decis. 174. num. 2. & 3. par. 1.* Quare si, Excellentissimus Dux Signini ex Farnesiorum inuestituris aliquod sibi præiudicium illatum esse existimet (quod nec fatemur nec diffitemur) illud ei contingit ex ipsa inuestituræ natura quæ Apostolicæ Sedi Excellentissimos Sfortias respectu illorum castrorum subtrahebat quæque consequenter sine speciali derogatione prædictæ regulæ derogabat.

129 Secundo respondemus derogationem dictæ regulæ non esse necessariam, vbi posterior dispositio publicæ innititur vtilitati cui priuatum Ius tertij omnino cedere debet, vt per eandem *Rotam dicta decis. 174. num. 7.*

130 Quod vero Summus Pontifex ob publicam vtilitatem Serenissimos Farnesiorum Duces inuestiuerit in posteriori capite de potestate Pontificis circa eorumdem Castrorum alienationem luculenter apparebit.

131 Tertio respondemus eandem clausulam, non nisi locum sibi vindicare in Iure plene quæsito, & radicato, proptereaque Ius semiplene reuocabiliter, & secundum spem quæsitum ab hac regula ablegatur ab eadem *Rota in dicta decis. 174. num. 8. Put. decis. 264. num. 2. lib. 2.*

132 Quod verò Ius Vassalitij Sfortiorum sub Apostolica Sede suapte natura esset reuocabile, & ad alienationem vniuersitatis alienabile proptereaque eiusdem Iuris conseruatio sub Apostolica Sede soli spei niteretur mox in posteriori cap. de potestate alienandi confirmanda, & à contrarijs vindicanda constabit.

Hic tantumodo subiungemus si potuerunt Summi Pontifices tunc tem-

poris

133 poris præiudicare Sforiis viuentibus, & actu feudum possidentibus, & propterea ius illorum tollere aliqualiter radicatum vt apparebit, quanto magis potuerunt tollere ius Ducis Signini, qui nondum erat in rerum natura, & cuius ius consequenter in sola hominum cogitatione, cum suo subiecto hęrebat, de cuius argumentiui, & efficacia videatur. *Dec. cons. 390. num. 11. Brun. cons. 1. col. 8. Crauet. cons. 135. num. 7. Gabr. de iur. quæsit. non tollen. conclus. 2. num. 40. Rota decis. 368. num. 16. par. 1. diuers. Pereg. cons. 4. num. 17. & 21. vol. 1.*

134 Quarto respondemus prædictam regulam non obstare dispositionibus concistorialiter factis, ex quibus, sine speciali derogatione, eidem derogatum esse existimatur *Mando in regula 22. de vnion. num. 8. & in fine Caput. decis. 32. par. 3.*

Constat verò Serenissimorum Farnesiorum inuestituras concistorialiter esse factas.

135 Quintò respondemus, post triginta annos eandem regulam non esse allegabilem, idem *Caput. dicta decis. 32. par. 3.* quod tempus præterisse ex inuestiturarum datis manifestè apparet.

136 Sexto prædicta regula fallit vbi manifesta est voluntas Summi Pontificis aduersus regulam, pro vt manifestam esse ostendimus ex verbis inuestituræ superius ponderatis, *Rot. decis. 491. par. 3. num. 5.* satisque esset si ex narratis colligatur talem fuisse mentem Pontificis respondendo ad *regul. x. 1. hi ter. Alb. cons. 24. num. 7. vbi per col. dat septem responsiones quarum solum sex nobis seruiunt, & ideo videndus erit.*

137 Septimo in indiuiduo respondemus hanc regulam non tenere in vassallis sine consensu alienatos, vbi ex alio capite constet vassallos posse alienari, prò vt paulo post constabit, vt propterea non militet *decis. Put. 31. lib. 1.*

138 quandoquidem ille supposuit Vassallos ex nullo capite potuisse alienari quod si putauisset ius huiusmodi Vassalitij esse sine Vassalli consensu alienabile prò vt deinde decisum fuit *decis. 837. & 882. par. 3. diuers.* nihil tale apud ipsum fuisse decisum; Quæ vltima responsio, & ad regulam, & ad decisionem *Put.* optimo consequitur ex communi regula de qua paulo superius in tertia responsione vbi euidens colligitur ratio, & huius limitationis, & dictæ decis. *Put.*

Quantum verò attinet ad Potestatem Summi Pontificis circa inuiti vassalli alienationem respondemus propositionem, & regulam illam quæ habet inuitum Vassallum à Domino alienari non posse multis modis secundum communiores feudistarum sententias limitari, & fallere qui omnes huic controuersiæ mirè conueniunt, vt propterea status præsentis quæstionis sit omnino positus extra illam regulam.

Hic autem non pretendemus probare Summum Pontificem quatenus

141 Pontifex est, & caput Ecclesiæ posse Ecclesiæ Castra alienare hic n. articu-
lus toto, Cœlo extraneus est ab hac causa sed agimus hic de Potestate Sum-
142 mi Pontificis quatenus prius cum alio vassallo contraxit, & quærimus an
vt est Vassalli correlatiuus potuerit eundem Vassallum sine illius consen-
su alteri Domino subijcere;

143 Qua in re prosequentes prædictæ regulæ falentias dicimus primo Vas-
sallos posse alienari inuitos si fiat alienatio illius Ducatus vel illius status
vel illius regni sub quo sint ea castra de quibus dubitatur, & vt vno dica-
mus verbo si alienatio fuerit vniuersalis non vero particularis castrorum
feudalium quæ ab ipsis possidentur ita colligitur *ex tex. in §. ex eadem ibi cum
Curia & ibi sine Curia de l. Conradi gl. in capit. 2. si quis fuerit in principio, & ibi
Bald. num. 5. Laud num. 8. quo tempore miles idem Laud. post Iacobum de Beluis in
cap. 1. d. § ex eadem de l. Conradi, & ibi Præposit. num. 2. Roman. singul. 617. in-
cipiente Tu sai quod* Regnum Apuliæ vbi Summus Pontifex dum esset Domi-
144 nus Regni Apuliæ concessit feuda aliquibus Baronibus, posteà verò tran-
stulit vniuersaliter regnum in aliquem Regem talia etiam feuda quo ad do
minium directum in eundem regem translata intelliguntur *Iacob. de San
cto Georg. in tractatu de feud. vers. quid si Rex vel Dux num. 5. Bald in tit. de pac.
Constant. in §. hoc quod nos in vers. inuestituram recipientis,* vbi ait talia castra su-
145 biecta feudis sequi regnum sicut membra sequuntur caput *Bos. in tr. de
146 Principe, & eius priuilegijs num. 228. vsque ad* 233. vbi Princeps licet non tran
sferat directum dominium quod habet in Vassallos per specialem conces-
sionem, tamen cum vniuersitate transferre potest, atque indubitata est,
hæc conclusio in praxi. vt *post Bart. Paris. Vulter. Zasium Gail. innumeros ad-
147 ducit Rosental de feud cap. 9. concl. 62. num. 26. in gl. T.* vbi multi testantur de
Communi, sed præcipuè videndus est *Bald d. cons. 327. 328. & 333 Rot.
decis. 837. num. 3. & sequenti lib. 3. par. 3. diuersorum Gabriel. de iur. quæst. non tol-
len. concl. 8 num. 10.*

Propterea cum castra illa de quibus est controuersia fuerint in Farne-
sios translata ad translationem vniuersi Ducatus sequitur indubitatè con-
cl. licuisse Summo Pontifici nihil obstante regula in contrarium allata vas-
sallos Sfortias Farnesijs subijcere.

148 Secundò fallit obiecta regula vbi Princeps non totaliter Ius suum alie-
nat sed retenta sibi supremitate dominij simpliciter infeudat, tunc enim
non alienationem sed translationem appellant feudistæ quam cuicum-
que Principi licere communis est sententia ita post innumeros *Schrader. de
feud par. 3. cap. 2. num. 9. Rosental. cap. 9. concl. 62. num. 34.*

Quin vero nos in huiusmodi translatione versemur non est dubitan-
dum.

Tertio ad fauorem Serenissimi Ducis fallit regula quotiescumque siue

149 translatio siue alienatio fit à Principe supremo, ex certa scientia, & de ple-
nitudine potestatis, tunc enim illius potestas in vassallos siue translatos si-
ue alienatos posita est extra omnem difficultatis aleam *Afflict. in cap. Im-
perialem § praeterea Ducatus sect. 3. num. 17. Paris. cons. 22. num 83. & cons. 23.
num. 104. vol. 1. Gabr. de iur. quaesit. non toll. concl. 8. num. 18. Roland cons. 1. num.
90. vol. 1. post Bald. in proem. decret. col. 4. Dec. cons. 390 num. 13.* Quae sen-
150 tentia maximè procedit in Summo Pontifice qui de plenitudine potesta-
tis potest omnia quae sunt supra Ius extra Ius, & contra Ius. *Bald. in cap. cum
super num. 1. extra de causa poss. & propriet. cum alijs per Pereg. de fideicom. artic.
52. num. 121.*
151 Et maximè si cum voluntate Summi Pontificis conspiret Cardinalium
assensus *Barbat. cons. 1. per totum lib. 1. conferunt dicta a. Roland. à Val. cons. 2.
num. 99. & num. 101. Bellamer. in cap. non liceat Papae 12. quaest. 2. num. 21. &
152 22.* atque ad hanc fallentiam alios cumulat *Rosental. citato cap. 9. num. 34.*
an vero hic sit casus noster ex inuestituris ipsis liquido apparet.
153 Quartò fallit regula vbi alienatio siue translatio à Principe fiat ex cau-
sis publicae vtilitatis tunc enim aut à Vassallis aut ab alijs impugnari non
potest *Barbat. cons. 11 col. 2. num. 8. vol. 2. Iason. cons. 227 num. 34. & seq. vol.
2. Gabr. de Iure quaesit. non tollen. concl. 8. Marchabrum cons. 55. num. 80.*
154 Quod vero ex causis publicae vtilitatis concepta sit Farnesiorum inue-
stitura ex eo praesumitur quod negotiū ipsum Concistorialiter peractum
est *Bald. cons. 327. vol. 1.* huiusmodi enim Concistoriales concessiones om-
155 nem, & cognitionem, & publicae vtilitatis causas includunt nec ab aliquo
possunt in dubium reuocari *Mandos in reg. Cancel. 22. de unionibus à num. 5.
ad finem Gabr. de iur. quaesit. non tollend. concl. 5. num 42. & concl. 6. num. 19. Pe-
regrin. cons. 4. num. 22. vol. 1.* Ea vero vt aliquid sobrie saltem attingamus po-
tuit esse causa publicè vtilitatis vt ille Parmae, & Placentiae status à reliqua
156 ditione Ecclesiastica dissitus, & remotus, sic sub immediato potente, & prae-
sente Vassallo felicius defenderetur. Quam politicam Doctrinam supe-
riorum temporum bella, & eiusdem status amissio docuerant. Ob hanc
157 igitur publicam vtilitatem debuerunt consentire Vassalli ne si à capite di-
uiderentur dificilius hostibus obsisterent *ad tex. in §. praeterea Ducatus, de pro-
hib. feud. alien. per frider. & ibi veteres feudistae similem habet limitationem Rosen-
tal. allegata concl. 62. num. 22.*
158 Quinta est eiusdem regulae limitatio vbi à Principe facta est pdicta trā-
slatio ipsis vassallis à principio non contradicentib. sicuti contingit in pro-
posito casu *Capijc. in inuestit feudal. cap. feudum dant. col. 22. §. limitari posset Pa-
ris. cons. 22. num. 81. & cons. 23. num. 102. vol. 1. post Barbat. cons. 12. col. 4. vers.
idem potest vol. 2. Rosental. praecitato loco num. 13.* quae si vera sunt vbi vassalli
simpliciter non contradicant quanto magis obtinebunt si positiue per ex-

C 2 cogni-

159 cognitiones per inueſtiturarum petitiones, & per fidelitatis Iuramenta, & tunc; & ſucceſſiuis temporibus conſenſum præſtitiſſe dicantur ſed de his Sfortiorum recognitionibus poſterius agemus, limitatur etiam quando in ſecunda diſpoſitione contraria (aliter quam per viam, legis generalis facta) ad ſit clauſula quorum tenores pro expreſſ. &c. nam tunc ſi median-
160 te d. clauſula quorũ tenores, remanet derogata prima diſpoſitio pariter, & clauſula ſublata derogata remanet *Caſſad. deciſ. 10. num. 4. in princ. & alias deciſum à Rota teſte. Hieron. Gonzalez ſuper regulis cancel. de mentibus D. & alternatim. gl. 66. num. 33.* Neque hic doleant Vaſſalli, quod tot caſibus iuſtiſſi-
161 ma regula ab ijs illata fallat quaſi propterea tot modis fides contractus fallatur, & ſemper à ratione naturali, & ciuili abhorreat, ſi contractuum placita conſtanter non ſeruantur; Quandoquidem reſpondemus huiuſmodi
162 fallentias conſequi naturam ipſius contractus, & propterea ſi feudum inuitis Vaſſallis eſt alienabile à Domino quinque modis; & ad alienationem vniuerſitatis, & ad infeudationẽ, & vbi alienetur à ſupremo Principe ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, & vbi alienatio fiat ex cauſa ꝓpublicæ vtilitatis; & tandem ſi vaſſalli à principio non contradicant, id conſequitur ex natura contractus feudi vt aſſerunt tot Auctores ſuperius allegati. Quare non poſſunt dolere vaſſalli de fracta contractus fide ſicuti per omnem contractũum. categoriam diſcurrentes inductiue probare poſſemus, ſed nimis affectata ceſſet vberiorum probationum conquiſitio in re tam aperta.

Neque hic dicant facile hinc futurum eſſe, vt quandoque transferantur in aliquem nouum Dominum quem forte à Principio noluiſſet, & cum
163 quo fortè non contraxiſſent, nam ſibi imputent ſi in eo contractus genere contraxerunt, quod hanc viciſſitudinem tanquam ſibi Connaturalem ferebat. Quod ſi propterea dolent quod teneantur revereri eum Dominum
164 quem nollent dicimus eos poſſe reuereri in ſubrogato ſubrogantem ſicut
165 enim ſatisfacimus defuncto in hęrede qui repræſentatiua eſt illius imago *l. cum à matre, & ibi Bart. caput. de rei vend. l. eum qui ita §. te, & Titium ff. de verb. obl.*

166 Et ſicuti reueremur Epiſcopum in Vicario cui propter eas, quas gerit vices idem fere exibendus eſt honor quo dignus eſt is cuius eſt imago vt egregie *Hoſtiens in proem. ſuæ ſummæ eſt textus in capit. præcipimus 93. diſt. quem tex. extollit Rom. in ſuis ſingularibus in verbo vicerector Roſental. poſt multos in c. 10. concl. 9. num. 18. in gl. fin. ita*, poterunt vaſſalli, & poterit Dux Sign. reuereri Summum Pontificem in Duce Parmæ.

167 Quod ſi forte obtineret, idem Excellentiſſimus Signini Dux ſignaturam in Romana Curia profecto hoc idem ei contingeret vt in delegato Iudice delegantem Summum Pontificem reueretur cur non & idem liben

ti præ-

ti præstat animo in Farnesianis Ducibus in quibus elucentem agnoscit Summi Pontificis Imaginem.

168 Neque dicant in tribunalia Romæ iurisdictionem Pontificis perpetuo emanationis motu ferri, in Serenissimo verò Duce Parmæ iam plenariè, & abdicatiue à Summo Pontifice residere. Hinc enim nullo pacto consequitur vt siue imago sit in fieri, siue sit in facto esse, non repręsentet suum obiectum, propterea quomodocumque resideat iurisdictio in Duce Parmæ possunt Vassalli in illius Tribunalibus à Summo Pontifice subrogatis
169 subrogantem Summum Pontificem agnoscere; Et hæc prò responsione ad replicationem illam aduersarij dixisse sufficiat.

170 Secundum aduersæ partis argumentum ex eo deducitur, quòd circumscripta positiua affirmatione qua se Dux Signini confeudatarium Ducis Parmæ affirmat, solà sufficit negatio, qua se eiusdem Ducis Vassallum negat, vt per solum hanc negationem tribunalia Parmæ possit legitime declinare, communis est enim DD. propositio: Vassallum qui simpliciter negat
171 vel illum esse Dominum vel se ipsum esse Vassallum, vel rem esse feudalem, non esse subiectum negati Domini iurisdictioni *Innocentius, & Abbas in cap. ceterum num. 20. versic. aut negatur rem eße feudalem extra de iud. & ibi Felin. num. 9. Dec. num. 91. versic. quartò Abbas concludit, Soc. senior cons. 187. num. 30. vers. confirmantur* nam videmus quod vassallus *lib. 2. Curt. Iun. in tract. de feud. par. 7. quest. 7. num. 27. per text. in cap. 1. §. vltimo de prohibit. feud. alien. per frider. vbi Bald. num. 4. & Afflict. in 7. parte num. 2. Clar. in §. feudum quest. 90. num. 7. vers.* sed pone quod contra Dominum *Menoch. de ret. possess. remed. 3 num. 325 & in cons. 2. num. 95. vbi de communi testatur.*

Ad hoc argumentum quod est potissimum aduersæ partis multipliciter respondemus, & primo maiorem propositionem eiusdem argumenti secundum Communem Doctorũ sententiam non procedere vbi extat no-
172 torium aduersus negationem Vassalli; tunc enim negatio non inficit notorium neque rem dubiam reddit *capit. super eodem de test. cog. & ibi Abbas num. 1. Bald in l. 1 num. 7. C. qui & aduersus quos Gail pract. obseru. lib. 1. obser.*
173 *31.* est autem notorium in casu nostro de instrumentis inuestiturarum fuisse translatum omne Ius Apostolicæ Sedis in Farnesios Duces atque Farnesios Duces in omnibus, & per omnia fuisse subrogatos in locum eiusdem Sedis.

174 Secundò respondemus, dato citra veri præiudicium non extare notorium aduersus negationem Ducis Signini, adhuc, si summaria cognitione (prò vt in casu nostro) constare potest veram non esse negationem causa remittenda est ad tribunalia negati Domini *Curt. dicto tract. de feud. par. 7. quest. 5. num. 25. Clar. in d. §. feudum quest. 90. vers. sed posse Mozz. de natural. feud. num. 121.*

Tertio

175 Tertio respondemus maiorem eiusdem argumenti propositionem cum ea adiectione á DD. intelligi, vt negato iure vassalliti j Iudex ordinarius in ea causa sit adeundus, ex qua adiectione efficacissima ressultat ad argumen tum responsio quotiescumque enim negatus D. non habet supra se Iudi-
176 cem ordinarium in temporalibus prò vt accidit in nostro casu, potest ille saltem ex generali consuetudine totius Italiæ in huiusmodi causa propria esse Iudex vt ex Communi feudistarum sententia probauimus supra, vbi Farnesianam illam legem defenderemus.

177 Quarto, ex eo tollitur omnis difficultas ex proposito fundamẽto, quod tunc vera est maior illius propositio, cum negatus Dominus non est in qua si possessione iuris vassalliti j cóntra eiusdem Vassalli negationem, ita iustissime *Clar. in d. §. feudum quæst. 90. num. 5.* quæ declaratio rationi naturali,
178 & Ciuili valde consentanea est, ne Dominus ex simplici, & nuda Vassalli negatione iure suo spolietur, cum omnino potius ei cōpetat interdictum
179 retinendæ si tempore excitatæ controuersiæ possideat *Rota in vlt. Farinac. par. 1. decis. 270. num. 1. & decis. 685. num. 1. & decis. 704. num. 4. & decis. 512. num. 1. & par. 2. decis. 171. num. 1. & decis. 263. num. 1. & tandem decis. 409. num. 3.*

180 Quod vero Serenissimus Dux Parmæ sit in possessione vel quasi bonorum de quibus agitur, & præterea sit in quasi possessione iuris Vassalliti j aduersus particulariter personam Excellentissimi Ducis Signini ex infra dicendis vberimè demonstramus in quo articulo magnum consistit momentum earum rationum quæ pro Serenissimo Duce Parmæ valde vrgent in hac causa.

181 Primo ex tribus Iuramentis fidelitatis præstitis per Illustrissimum ol. Cardinalem Franciscum Sfortiam tribus Serenissimis Parmæ Ducibus Primum iuramentum præstitum fuit anno 1588. 14. Marti j Inuictissimo, & Gloriosissimo Duci Alexandro Italicorum Ducum Fœnici, & hoc iuramen tum proprio nomine fuit receptum à Serenissimo Principe Raynutio, dum ipse Dux Alexander à gloriosissimis bellis extra patriam detineretur, secun dum Iuramentum præstitum fuit eidem Serenissimo Raynutio iam Duci anno 1594. 4. Ianuari j tertium iuramentum præstitum fuit anno 1622. 11. Iuni j Serenissimo Duci Odoardo non viuẽti, & hæc tria Iuramenta maximè spectamus tanquam nostris temporibus, & ab vltimo defuncto præ-
182 stita, nam si veterum temporum memoriam repetamus certum est Alexandrum de Sfortijs, & Sfortiam Comitem Sanctæ Floræ in ipso actu quo Serenissimus Petrus Aloysius possessionem Ciuitatum Parmæ, & Placentiæ adeptus est eidem Iuramenta fidelitatis solemniter præstitisse; id autem contigit sub die vigesimo tertio Mensis Septembris anni 1545. vt ex publico documento nobis exhibito plenissimæ innotuit; Non est vero dubitan-

183 blicandum quin ex Iuramentorum, & maximè toties repetita præstatione concludenter feudum, & illius quasi possessio probetur *Ioannes Andr. in cap. si diligenti de præscript. Abbas cons. 62. num. 1 lib. 2. Crauett. cons. 293. vol. 2. Dec. cons. 19. num 198. lib. 3. Roland. à Vale cons. 1. num. 6. lib. 4. Illustrissimus de Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 5 num. 3. tom. 2.* & pro hac eadem veritate plures congessit *Borel. in summa decisionum tit. 57. de Iuram. fidel. num 66. & 67.*

184 Secundo probatur hæc eadem possessio vel quasi ex pluribus confessionibus, & recognitionibus ab antiquis possessoribus vel quasi factis hinc inde vt in facto præsupponitur *Intrig. de feud. quæst. 43 num. 118. Gaspar. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 105. num. 20. Illustrissimus Mantic. præcitato loco num. 13. & Subdit num. 14.* in ijs casibus, in quibus huiusmodi confessio-
185 nes, & recognitiones non nocent liberis venientibus ex propria persona ad feudum, ex pacto, & prouidentia, & maximè si allegentur erroneæ, interim donec concludentissimè probetur error bona præsumuntur feudalia, vt hinc sola posterorum negatio aduersus quasi possessionem non sufficiat confert *Alexand. consil. 29. num. 14. lib. 5. Ruin. consil. 108. num. 19. lib. 2.*

186 Propterea quatenus hoc in loco ex aduerso dicant hos maiores non potuisse præiudicare Duci Signini tanquam vocato ex pacto, & prouidentia respondemus dato citra præiudicium veri hoc esse verum in meritis causæ, notoriè tamen esse falsum in quasi possessione acquirenda, in qua Serenissimus Dux Parmæ aduersus quemcumque turbatorem manutenendus est vt supra diximus; Præterea si maiores non possunt præiudicare posteris
187 quatenus sunt maiores, possunt tamen tanquam stili, & obseruantiæ auctores aliquod aduersus ipsos inducere præiudicium cum deinde stilus, & obseruantia sicuti supra plene probatum est habeat vim legis, & sit dubiarum rerum fidissima interpres.

Eadem quasi possessio bonorum de quibus agitur tanquam feudalium ex eo probatur quod successiuis temporib. vt notorium est, & in facto præ-
188 suponitur, plures hinc inde secuti sunt actus possessorij naturæ feudi conuenientes prout contigit anno 1548. die 19. Ianuari j quo tempore Serenissimus Dux Octauius, Comiti Sfortiæ de Sforti js Castrorum inuestituram de tertia generatione in perpetuum extendit, & annuum censum argentei
189 cratheris ei condonauit, & penitus extinxit, & anno 1567. die 17. Nouembris quo tempore idem Serenissimus Dux Octauius in gratiam eiusdem Co. Sforti j de Sforti js Castrum Arquaticum, ac Turris claræ, & Felini errexit in Marchionatus, & oppidum Castri S. Ioan. in Comitatum pro quibus actibus videatur *Aleiat. de præsumpt. reg. 2. præsumptione 3. Mantic. vbi supra num. 26.*

Quar-

Quandoquidem tempus ex quo hæc Castra recognita fuere vt feudalia
cum receptione seruiti j, & Iuramenti præstatione, plures excedit quam tri-
190 ginta annos qui temporis lapsus probando feudo sufragatur *cap. 1. §. si quis
per triginta annos si de feud. fuer. contro. inser. in cap. 1. de contro feud. per par. ter ibi*
nisi hoc concessum mansisset in feudum per annos triginta, *Afflict. in cap.
1. num. 287. ex quibus caus feud amit. & in c. 1. col. 16. vers. 8. de controu inuest. &
in allegato cap. 1. § si quis per triginta annos vers. 3 noto num. 12. & in vol. 6. noto
num 2. 3. Gozadin cons. 9 num 7. & 8. Mantic. vbi supra num. 27.* Quare cum
Serenissimi Duces Farnesi j pluribus quam triginta annis fuerint in posses-
sione vel quasi Castrorum de quibus agitur tanquam feudalium, & Dux
Signini moueat nunc super i jsdem Castris controuersiam antequam Iura
sua legitime probauerit, non est iurisdictione sua spoliandus Serenis-
191 simus Dux Parmæ sed super i jsdem Castris tanquam feudalibus compe-
tens est Iudex sicuti post *Clarum in dicto §. feudum quest. 90.* & post feudi-
stas pœne omnes in *cap. 1. §. prateteà de probib. feud. alien per fridericum* scripsit
in terminis eiusdem Ducis Parmæ *Sacc. cons. 8. num. 45. & 46.*
Quæ Serenissimi Ducis Possessio vel quasi eò magis vrget aduersus Si-
gnini Ducem quod efficassima Iuris præsumptione adiuuatur, & fouetur,
192 quæ habet castra omnia, quæ sunt intra limites alicuius territori j censeri
illius membra, & propterea, si possideantur vel quasi id Iure præsumente
contingat, *Bald. post Oddofredum in titulo de pace, Const. in §. hoc quod nos, & in
probem. ff.* Non solum enim Summus Pontifex in suo statu habet inten-
193 tionem fundatam, vt omnia Castra quę sunt intra limites Ecclesiasticæ di-
tionis præsumantur Ecclesiæ, & ab ea in feudum recognosci credantur.
Abbas cons. 42. lib. 1. sed & idem tribuunt DD. Imperatori, Regi, & ali j
194 Principi vt quęcumque castra sunt intra limites aut imperi j, aut regni, aut
Principatus sint ab ipsis in feudum recognita *Curt. cons. 179. num. 5. lib. 1.
Ruin. cons. 22 num. 6. 7. lib. 1.* Hinc castra omnia quę à peculiaribus Baroni-
195 bus possidentur intra Romandiplam pręsumuntur Ecclesię feuda, *An-
charan. cons. 142. Put. decis. 923.* & de hac Iuris pręsumptione quę quasi pos-
sessionem roborat Egregiè *Guid. Pap. decis. 265. & 489. Renat. Chopin. de
dom. Franciæ lib. 1 tit. 7 num 7. Camil. Borel. in summa decisionum tit. 41. de Im-
per. & Iurisd num. 256. & seq* sed quoniam huic altissimę Iuris pręsumptioni
super addita est certissima eorundem castrorum translatio à Summo Pon-
196 tifice in Farnesios Duces facta, vt superis ostendimus, res ipsa omnino est
indubitata; Quare cum Serenissimus Dux Parmę sit in quasi possessione
huiusmodi Castrorum tanquam feudalium, & hęc possessio à firmissimis
197 Iuris pręsumptionibus adiuuetur, & tandem à præcedente trāslationis titu-
lo pœnitus confirmetur, superest, vt ne sua iurisdictione idem Dux spolie-
tur, signatura in Romana Curia sit omnino deneganda, ita vt controuer-

sia mo-

sa mouenda tribunalibus Parmæ relinquatur.

Quæ tanto magis stringunt quod idem Sereniss. Dux est in particulari
198 quasi possessione juris Vassallitij aduersus eundem immediatum Ducem
Signini; recepit enim Serenissimus Raynutius Dux Parmę ab eodem Si-
gnini Duce Iuramentum fidelitatis, cum amplissimis clausulis, vt in facto
supponitur, quod iuramentum, etiam si, deficiente forsan auctoritate no-
199 tarij per instrumentum non probetur supponitur tamen per testes pleni-
ssime probabile vel probatum, quę probatio in re feudali sufficit in qua
200 scriptura non est de essentia *capit. 1. §. si vero: quid sit inuestitura capit. 1 si de*
inuest. inter Dominum, & Vassallum lis or. capit. 1. qui testes sint necessarij. Ex qui-
201 bus iuribus ait *Bald. in rub. C. de edict. ex l.* hanc esse vnam differentiam inter
feudum, & Emphyteusim de qua *Clar. in §. emphit. quæst. 4. Aluar. in dicto cap.*
1. & ibi Præposit. num. 5. & Afflict. num. 5. quid sit inuestit. Iser. in capit. 1. de pro-
hib. feud. alien. cum alijs de quibus per Rosental. capit. 6. quæst. 4. num. 1. in glos. A.
quę iuramenti pręstatio vt paulo superius ex multis probauimus, & probat
quasi possessionem feudi, & peculiariter conuincit eum, qui Iuramentum
202 pręstitit vt à turbatione quasi possessionis repellatur *speculat. de feud. §. secun-*
do num. 33. arg. tex. in cap. cæterum de iudicijs Mart. Laudens. in cap. 1. num. 11. de
his qui feud. dar. poss. Capit. in inuestitura feudal. §. feudorum homagia col. 2. Pet.
Gregorius in Syntagm. iur. lib. 6. cap. 2. num. 31. Petr. de Gregor. de concess. feud.
par. 5. quæst. 8. num. 1. Francis. Marcb. decis. Parlam. Delph. 454. num. 21. vol. 1.
Anton. Borin. de seruit. Vassall. parte quinta capit. 3. § 6. versic. in Vassallo
vero.

203 Neque dubitandum est quin ex vnico actu probetur in incorporalibus
quasi possessio cum hoc superius plene probauerimus, &c.

Neque pariter ex eo se tueri potest Dux Signini quod Iuramentum per
204 errorem fuerit pręstitum, nam prçterquam quod error non prçsumitur nisi
probetur *l. error. & ibi DD. C. de iur. & fact. ignor.* dicimus eo tempore quo ad-
huc pendet erronei iuramenti probatio non esse Ducem Parmę sua Iurisdi
ctione spoliandum, vt superius *ex Ruino Alex. & Mantic. in quarto* huiusce
articuli fundamendo probauimus.

Et tanto magis redditur certa, & indubitata iustitia prò parte Serenissi-
mi Ducis, si spectemus prçsentem eiusdem Ducis statum resultantem ex
possessione iustissima Castrorum quam illius Procurator Fiscalis apprę-
hendit, vt in principio probauimus, in quo statu quantum vis neget se Vas-
sum aduersarius omnino manutenendus est *Castr. cons. 3. num. 1. & 2. vol. 2.*
205 *Nata cons. 121 num. 1. & 2. Bero cons. 11. par. 2. lib. 1. Paset. cons. 122. Siluan.*
cons. 27. lib. 1. Mazzol. cons. 91. per totum Menoch. de retin. vlt. remed. per totum
Statil del Saluian. in sp. 1. cap. 5 num. 44. Barz. decis. 46. & 47. & 71. Laderch.
consil. 91. Addentes nostri ad decis. Bon. ad interpret stat. decis. 14. & 30. & 138.

207 Quæ manutentio competit Serenissimo Duci aduersus quamcunque
iuris Vassalliti j negationem,nulla admissa disputatione iustitiæ vel iniu-
208 stitiæ possessionis; *Menoch. vbi supra num. 7. Laderch. cons. 95. per totum;* & me
rito; quando iniustus etiam possessor manutenendus est *Illustrissimus Se-
raphin. collega noster decis. 555. num. 9. & decis. 581. num. 5. & decis. 1471.
num. 7. Rota diuersorum par. 1. decis. 461. num. 8. & in nouiter nouissimis Farinac.
decis. 546. num. 5.*
Si igitur iniustus possessor est manutenendus, quantò magis Serenissi-
209 mus Dux qui prò se habet, & firmissimam iuris assistentiam, & demonstra-
tam illius legis iustitiam cuius virtute, & pro cuius obseruantia illius Pro-
curator prædictam possessionem appræhendidit. *Rot. in vol. trim. Farinac.
impresso Romæ decision. 291. num. 15. Menoch. vbi supra rem. 3. num. 753.
210 Thesauri decis. 206.* constat.n. ei dandum esse mādatum de manutenendo qui
plus Iustificationis ex sola Iuris assistentia attulerit *Rota in vlt. Farinac.
par. 1. decis. 322. num. 1. & decis. 491. num. 2.*
Ex quibus luculentissime constat Serenissimum Ducem per Comissio-
num signaturas, quid quid neganerit aduersarius, non esse in sua possessio-
ne vel quasi, vel in suo statu Romæ turbandum atq; hactenus de respon-
sionibus ad secundum aduersæ partis fundamentum.
Tertio in eo se fundat aduersarius, quòd cum exhibeat prò suæ inten-
211 tionis fundamento Apostolicas concessiones non ad alium quam ad Sum-
mum Pontificem spectat illarum declaratio, & Iuditium, neque vllo pa-
cto inferior Summo Pontifice potest de illis iudicare *tex. est in cap. cum ve-
nissent extra de iudicijs* vbi solus Papa cognoscit de dubijs priuilegiorum Apo
212 stolicæ Sedis, & *ibi Abbas Felinus, Decius, & cæteri canonistæ* confert textus *in
cap. 2. de con. vtil. vel inutil. in cap. cum inferior. de maior. & obed. Gabr. cons. 182.
num. 5. & 6. lib. 2.* vt proptereà hinc arguat manifestam fori Parmensis in-
competentiam.
Verum hoc argumentum efficacissime sublatum, est ex ijs quæ supra
manifestè demonstrauimus de translatione iuris Apostolici in Farnesia-
213 nos Duces, & eorumdem omnimoda subrogatione in locum Apostolicæ
Sedis; hinc enim dicimus non inferiorem de Pontificijs indultis iudicare
sed quasi eundem si enim Iudicat Dux Parmæ iudicat Iurisdictione Pon-
tificia in ipsum translata, si iudicat vt subrogatus eiusdem Pontificis vices
sustinet vt proptereà hinc funditus tollatur huiusmodi difficultas.
Quarto eiusdem aduersarij fundamentum positum est in clausula su-
blata quæ inserta est Apostolicis concessionibus, in quibus se fundat ad-
uersarius cuius clausulæ ea notissima est virtus vt adimat potestatem qui-
114 buscumque inferioribus aliter iudicandi *Bart. in l. finali C. de Cannon. frum.
vrb. Rom. lib. 11. Alex. in l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 20. & ibi Iason. num.
77. ff.*

77. ff. de liber. & posthum. Cardinalis in cap. quia diligenti in 2. quaest. de elect. Paris. cons. 1. nu. 38. lib. 4. Put. decis. 50. lib. 1. & decis. 377. lib. 3. Caputaq; decis. 134. num. 4. par. 3. Illustrissimus Seraphin. decis. 351. num. 1. Rota in ult. Farinac. par. 2. decis. 180. num. 1. Rota Bonon. ad interpret. stat. decis. 33. num. 47. Gonzalez. ad reg. 8. cancellar. gl. 66. à princ. ad numerum 4. consequitur igitur, vt non alibi, quam in Romana Curia hæc causa committi possit.

Hoc argumentum ex superiori responsione ad tertium efficacissime
215 sublatum est; quando non est inferior transferente qui contra virtutem clausulę sublata iudicat, si Iudicando translatam in se iurisdictionem exer-
216 cet, neque inferior est subrogante in aliqua causa is qui in eadem causa fuit subrogatus; Addimus præterea, vel contendit aduersarius solum Pontificem immediatissime virtute talis clausulæ esse Iudicem vel admittit eos Iudices qui à Pontifice causam habent, si primum respondemus data validitate translationis Apostolici Iuris in Farnesios Duces, impossibile omnino esse vt talis clausulæ virtus se cum ea translatione cumpatiatur, esset
217 enim Pontifex per clausulam Iudex, & per translationem non iudex, quæ duo simul esse vera non possunt, proptereà cum de validitate translationis iam amplius non sit dubitandum manifesto apparet euanuisse eam clausulæ virtutem, vt Pontifex immediatè iudicaret, tunc enim non obstat
218 clausula cum posterius Pontificis factum resistit *Rot. in vna Rom. pecun. 23. Iunij, & 15. Decembris 1595. Coram Gypsio.* sin vero admittit aduersarius eos iudices qui causam habeant à Pontifice, & tales dicimus esse Farnesios Duces vel virtute illius abdicatiuę translationis, vel solius saltem subrogationis.
219 Secundò ad eandem clausulam respondemus eam non aufere potestatem cuicumque etiam inferiori iudicandi an intrent priuilegia nec ne *Put. decis. 48. num. 6. lib. 1. Rot. in vlt. Farinac. par. 2. decis. 569. num. 9. Rota prius in vna Ciuitatis Castelli bonorum 17. Augusti 1583. coram Robusterio incipiente obtinuerat, & in vna licien. beneficij 26. Iunij 1587. coram Comitulo Barbos. de clausul. clausul. 102. num. 2.* ex quibus auctoritatibus indubitanter colligitur cõpetẽtia fori Parmẽsis vt cognoscat an aduersarij priuilegia intrẽt nec ne.

Tertiò respondemus eandem clausulam sublata insertam esse in posterioribus Farnesiorum inuestituris, proptereà tanquam posteriorem
220 derogare priori *ad reg. tex. in leg. 1. §. finali ff. de stip. ser. l. pacta nouissima C. de pact.* neque dicant per posteriorem hanc clausulam non posse derogari quæsito, & radicato Iuri per illam priorem; Nam replicamus, ea quæ superius respondemus ad regulam Cancellariæ de Iure quæsit. non toll. adie-
221 ctam nempe fuisse posteriorem hanc clausulam ex certa scientia de plenitudine potestatis, Consistorialiter, ex causa publicæ vtilitatis, & Vassallis à principio non contradicentibus quibus casibus indubitati Iuris esse pro-

D 2 baumus

bauimus posse radicari posteriorem inuestituram cum suis clausulis, ita, vt præcedentibus inuestituris atque vniuersis illarum clausulis cum Iure ab ipsis quæsito omnino derogari posse constet.

Quinto mouetur aduersarius ab interesse Serenissimi Ducis Parmæ in hac causa, & aducit regulam à ratione naturali petitam quæ habet in pro-
222 pria causa nullum posse esse Iudicem *l. 1. C. ne quis in sua causa, & ibi omnes interpretes l. qui iurisdictioni ff. de iuris omn. iud.* quæ regula peculiariter viget
223 aduersus Dominum feudi, qui propterea, neque solus, neque, cum Curia potest esse Iudex in causis feudalibus, vbi comodum ipsius vel incommodum concernant *Bald. Aluarot. Laudens. Prapost. & alij in cap. 1 An apud Iudicem vel Curiam Domini quæstio feudi deb. termin. Capyc. decis. 124. num. 2. & 10.* Quare vel cognoscat Dux Parmæ an sua sit Iurisdictio, & tunc vincit ante sententiam; exercet enim iurisdictionem priusquam constet an ei
224 competat iurisdictio, aduersus ea quæ tradduntur ab *Innocent. in cap. ex parte il. 1. de verb. signif. Alex. cons. 1. num. 9. 10 lib. 5.* Vel cognoscat de meritis ipsius causæ semper controuersia inuoluit comodum vel incomodum eiusdem Serenissimi Ducis vt hinc omnino arguat aduersarius incompetentiam fori Parmensis.

Huic argumento plenissime satisfecimus dum defensionem secundæ partis Farnesianæ legis moliremur ibi enim plenissimè probatum est regu-
225 lam ab aduersario adductam indubitèter fallere in iis Principibus qui Regia potiuntur potestate, atque Serenissimum Parmæ Ducem esse talem vt propterea illius Iurisdictio siue causæ concernant illius interesse, siue non legitime declinari non possit; sed addimus præterea causas Camerales siue fiscales non verè, & propriè dici causas ipsius Principis vt probarūt
226 *Ossasc. cons. 9. num 46. Ioan. Ant. Bell. in alias allegato cons. 5. num. 144.*

Sexto ex superiore regula deducit consequentiam quatenus enim sine veritatis præiudicio officiales Serenissimi Ducis essent Iudices adhuc tamen contendit se posse illos allegare suspectos, interest enim ipsorum Iurisdictionem sui Tribunalis ampliare, qua ratione suspecti à DD. appellan
227 tur late *Albert. Brun. cons. 31. num. 9. vbi* suspectus est quicumque contendit de augenda, & propaganda Iurisdictione sui Domini, nemo vero cogen-
228 dus est coram Iudice suspecto litigare *l. apertissimi vbi gl. Bart. Bald. Castrens. Alex. & Iason C. de iudic.*

Huic argumento plena manu respondimus in loco de quo supra vbi ostendimus eosdem Principes regiam potestatem, & iura Imperii habentes non posse suspectos allegari, & vt suspectos recusari ex doctrina *Franc.*
229 *in cap. cum speciali num. 32. de appellat. Paris. de put. in tract. de synd. in vers. nobilis num. 26 Rostaur. Castald. quæst. 91. num. 4. Boss. de for compet. num. 170. Menoch. cons. 94. num. 12. vol. 1. Lanceot. de Attent. par. 2. cap. 6. post restit. iud. num. 28.*

cuius

cuius indubitandæ veritatis firmiſſimas ni fallimur ſubiunximus rationes.

230 Quod ſi ab eorum ſententijs ſit appellandum non appellatur ad Sum-
mum Pontificem, ſi ipſe ſit Dominus alti dominij, ſed ad eoſdem recurri-
tur vt melius informati rurſus iudicent *Bald. in l. 1. queſt. 43. ff. de rerum diuiſ.*
Natta conſ. 418. 580. & 608. Roland à Valx conſ. 51. num. 10. *lib.* 1. plura per
addentes *ad Bertazzol. conſ. crim. 363. lib. 2.*

231 Quantum verò ſpectat ad officiales eorundem Principum apertiſſime
conſtat eos prædicto nomine recuſari non poſſe vt ſuſpectos, quod apud
eorum Tribunalia cauſa Cameræ agiteretur hoc enim apertiſsime cauetur
per *tex. in l. ad fiſcum, & in l. cum aliquid C. vbi cauſ. fiſcal. Curt. iun. conſ. 2. num. 2.*
Bruni. conſ. 8. num 55. Neuiz. conſ. 61. num. 12. Menoch. conſ. 31. num. 39. lib. 1.
Rol. à Val. conſ. 70. num. 56. lib. 2. quæ ſi vera non eſſent iam in toto Orbe
Chriſtiano vniuerſa Camerarum, & fiſcorum tribunalia deſtruerentur, ſta-
tuendum eſt igitur Principes ſupremos qui cum regia poteſtate Vaſſallos
infeudarunt ſe non intromittere, vt infeudatæ Cameræ Tribunalia tur-
bent, & impediant.

Septimo circumſcriptis communibus regulis; ex quibus ſuperiora fun-
damenta deduxit aduerſarius, ex eo mouetur aduerſus Sereniſsimum Du-
cem Parmæ quod in vſibus feudorum particulariter cautum eſt lites ortas
232 inter Dominũ, & Vaſſallũ eſſe per pares Curiæ terminandas ita *tex. in §. præ-*
tereà de probib. feud. alien. per frider. c. 1. de controuer. feud. per par. term. cap. 1. de con-
trouerſ. inter Epiſcopum, & Vaſſall. cap. 1. § ſi inter de alien. feud. pater, & apertiſ-
ſime in cap. 1. de content. inter Dom. & fidel. de inueſt. feud cap. 1. ibi vel per lauda-
mentum parium ſuorum *de feud. ſine culp. non amitt. §. ſancimus tit. ſequent. &*
tandem cap. 1. de Milite Vaßallo, atque feudiſtæ omnes prædictis in locis, & qua-
tenus huiuſmodi Pares eſſent ſuſpecti, non ad ipſos ſpectat iuditium inter
233 Dominum, & Vaſſallum, ſed ad Iudicem ordinarium *Bald. in cap. 1. an apud*
Iudicem vel curiam, &c. Blanch. in epitom. feud. 4. par. cap. 1. num. 18. Felin. in cap.
cæterum num. 10. de iudit. Curt. iun. de feudis par. 7. num. 35. Menoch. de retin. re-
med. 3. num. 400. cæteros cumulat *Schrader. de feud. par. 10. ſect. 6. num. 200.*
234 ſicut etiam ad ordinarium ſpectant huiuſmodi cognitiones ſi nulli ſint pa-
res *gl. in cap. 1. §. præterea in verſ. per pares, & ibi Laud. num. 5. de probib. feud.*
alien. per frider. & in cap. cæterum extra de Iuditijs vbi Abbas num. 7. Aret. 31.
Felin. 10. Dec. 12. Butr. 15. Schrader. vbi ſupra num. 217. Ex quibus conſe-
235 quitur vel per pares terminandam eſſe hanc controuerſiam vel cum Sum-
mus Pontifex ſit ordinariorum ordinarius; & cum quolibet ordinario con-
curat habens totum Orbem pro territorio *cap. cuncta per mundum 9. queſt. 3.*
cap. ſi à ſede de preb. in 6. Caſſador. d. 3. num. 24. de preb. Put. deciſ. 48. num. 11. lib.
3. Mohed deciſ. 1. num. 25. de conceſ. probend. Rota in vlt. Farinac. dec. 623. num.
2. par. 2. huiuſmodi cognitio ad Romanum Pontificem ſpectare dicatur.

Hoc

Hoc septimum argumentum efficacissime, & plenissime sublatum est in eadem defensione secundæ partis Farnesianæ legis vbi ostendimus su-
136 periorem regulam de controuersia inter Dominum, & Vasall. per pares terminandam non afficere illos Principes qui regia potiuntur iurisdictione quique Iura Imperij habent, ipsi enim soli in huiusmodi controuersijs sunt veri ordinarij neque ad pares curię recurritur neque alius, quicumque sit, potest adiri, vt ordinarius, atque hanc esse veram indubitatam, & communem sententiam, & feudorum consuetudine approbatam, innumeros pœne
137 adduximus eo loci auctores, & quæ dicuntur de Summo Pontifice ordinario vel vera sunt in spiritualibus vel si vera fuissent in téporalibus idem Pontifex idem ius temporale à se ipso abdicauit per illam translationem de qua supra vel per eam subrogationem qua Farnesianos Duces in suum locum subrogauit.

Octauò adducit Dux Signini obseruantiam alias subsecutam felicissimis temporibus Gregorij XIII. cum enim orta esset controuersia inter duos confeudatarios Serenissimi Ducis Parmæ Cardinalem Sfortiam tunc laicum, & Marchionem ex vna, & Comites de Rubeis ex altera, atque prædicti Comites conuenissent Marchionem coram consilio Iustitię Parmensis, hæc causa, eodem Marchione instante per eundem Gregorium XIII. auocata fuit à consilio Parmensi, & Rotæ commissa, ea potissimum ratione, quòd Marchio niteretur Apostolicis concessionibus quibus inserta erat
138 clausula sublata, quod verò obseruantia huiusmodi etiam si vnica sit imposterum obseruabilis reddatur maximè in incorporalibus, & ad effectum vt saltem in summarijssimo competat manutentio, latissime supra probauimus *ex Roman. Caputaque. Mantic. Rota multis in locis Alex. Seraphin. & Rot. B. nonienf.* iustè igitur hoc exemplo prætendit aduersarius præsentem causam committi in Romana Curia.

Quinimò stringit argumentum Ducis Signini, si enim inter duos Vassallos quorum Iudex ordinarius est communis Dominus, vt supra diximus orta controuersia fuit commissa in Romana Curia, quantò magis committenda erit ea, quæ exoritur inter Dominum, & Vassall. qualis, est præsens controuersia, inde verò liquet præstantia rationis, quod nulla potest esse in Domino suspitio si inter proprios Vassall. iudicet, si vero iudicaturus sit inter se ipsum, & illos aliqua ex proprio eiusdem commodo vel incommodo potest insurgere dubitatio.

139 Ad hoc argumentum respondemus nullum posse inferri præiuditium tribunalibus Domini si duo Vassalli sponte, & vnanimes velint corā alio Iudice litigare, inde enim nulla prorogatur iurisdictio quæ præiudicet Domino qui non consensit; *Abbas in Cap. P. et G. num. 15. & ibi Mant. vbi de magis communi num. 47. de officio delegat. gl. in Clement. prima in verbo indulgemur*

mus de for.compet.Socin.in cap.significasti num. 33.in eodem tit. Abbas in cap.cum olim extra de offic. deleg. Alex.in l.finali nu.7.& ibi Marsil.nu.22.& 194.ff.de iurisd.omn. Iudic. Roman.singular. 50. Marant.in spec.4.par.distinct. 12.num. 3.Vant. de nullit. rubr. quibus mod.sent. null. num. 79. quin imò ait *Schrader.de feud.par.10.sect.3.num.126.* vix sufferturum esse tacitum eiusdem Domini consensum, ad effectum prçiudicandi illius tribunalibus quæ doctrina eo magis vrget pro Duce Parmæ quod nec etiam constat de illius scientia.

Quantum attinet ad id quod in communi dicitur de obseruantia respondemus dato sine veri præiuditio obseruantiam illam fuisse rationabilem; illam nihil aliud concludere nisi posse duos Vassallos, iterum Domino illorum, neo consentiente, nec sciente vnanimes coram alio Principe litigare; hi .n. sunt soli limites prædictæ obseruātiæ, quæ propterea nō præiudicat huic casui in quo constanter Serenis. Dux Parmæ sua tribunalia defendit.

Prætereà non ommittimus eandē obseruātiam contradixisse omni feudorū rationi, & consuetudini quibus, & ratione, & consuetudine stantibus causa illa nullo pacto videbatur auocanda vt in Romana Curia committeretur nulli verò Cibili, aut naturali rationi consentaneum est vt huiusmodi obseruantia in consequentiam trahatur, vt declarant omnes in *l. de interpretatione ff. de legibus, & eleganter Aluarot. in cap.1.de cognit.feud.*

Quò ad corroborationem argumenti, respondemus, & fatemur si causa inter duos Vassallos potuisset de iure in præiuditium Parmensium tribunalium committi in Romana Curia, in hoc etiam casu fortius signandā esset commissio, sed iam probauimus, actum illum nesciente, & non consentiente Domino inter Vassallos illos, gestum nullam; in illius præiuditium potuisse prorogare Iurisdictionem.

Nono inquit Excellentissimus Dux Signini, certissimi iuris esse, Vassallos, seu subditos in duobus casibus posse ad Principem supremum recurrere sine metu reiectionis.

241 Primò in casu denegatæ iustitiæ *Abb.in c.licet num. 3.de for.comp. Præpos.in cap.1 § si enim num.4 Quid sit inuestit tit.2.l.2.Rol.à Val.cons.75.nu.17.vol.3. Franc.Marc.dec.375.nu.2.par.2.Andr.Gail.pract.obser.l.1 obser.28 nu.1. Viu. dec.208.nu.5.Rosental.de feud.c.10.concl.26.nu.42. Amed.à Pont.q. Laud.24.*

242 Secundò in casn notoriæ iniustitię *Clem.Pastoralis §. Verum de re iud. c.1 §.fin. de Milite Vassallo c.nouit de iudic.Bald.in l.1.num.3.C. com. de manu; Abbas in c.1.nu.6 de probat.laudens.de Princip q.321.Boss.tit de for.compet.nu 167 & 38.Nat cōs.614.num.9.& 11.Gail.l.1.obser.17.in princ.Misyng.cent.5.ob. 8.num.12.Od cons.27 num.29.Rosental.de feud.c.10.concl.41.nu.141.& c.12. concl.12.nu.24.& 126.Pereg.cons.1.nu.41.vol.1.* Propterea cum Dux Signini comprælhensus esset, vt ipse asserit, in inuestituris Pontificijs, & per obitum Illustrissimi Cardinalis Sfortiæ Iure decrescendi, vel nō decrescendi ca

stra

stra de quibus agitur ad ipsum pertinerent, ꝙltimo tanquam in inuestituris comprahensus à Serenissimo Raynutio ad Iuramentū fidelitatis fuisset alias admissus, & sic feudatarius declaratus, iustè non potuit per Procuratorem Fisci Parmensis apprahendi eorundem Castrorum possessio tanquam finita esset Sfortiorum linea, quæ verè in ipso Signini Duce adhuc cōtinuabatur quare ex hoc cap. videtur ea oīa corruere, quæ pro deffensione primæ partis Farnesianæ legis in principio huiusce consultat. attulimus.

Ad hoc postremum Ducis Signini fundamentum respondemus negantes cum Serenissimo Duce Parmæ eundem Signini Ducem esse in inuestituris comprahensum; imò dicimus cum præsupositione finitæ lineę captam fuisse possessionē à Procuratore Fisci dumq; Dux Signini nititur cōtrarium probare non est Dux Parmensis sua Iurisdictione spoliandus, imò in ea manutenendus vt plenissime supra demonstrauimus quod vero interim dicatur iuste capta huiusmodi possessio constat ex principio huiuscæ nostri laboris, & ex ijs quæ posterius diximus de fisco sine possessione nō litigante.

Et ad ea quæ allegantur de Iuramento fidelitatis ad quod Dux Signini fuit à Serenissimo Raynucio admissus; respondemus admissionem illā factam fuisse cum peculiari reseruatione, & protestatione quatenus nempe idem Dux Signini esset talis qualem se asserebat in ipso Iuramento; Hinc apertissime constat per receptionem talis Iuramenti ipsum non fuisse Farnesiorum Vassallum declaratum. Præterea tandem in hac obiectione sibi ipsis contradicunt aduocati Ducis Signini. Quando paulo ante ipsum Farnesiorum Vassallum negabant.

Et hæc ea sunt quæ pro Serenissimo Duce Farnesio Collegia nostra dictabant, in quibus, si quid minus pie, aut à mente Pontificis alienum scripsimus, è calamo excidisse profitemur, promptissime reuocamus, atq; tandem omnia Sanctissimæ illius Censurę humillimè subijcimus.

D. Homobonus de Bonis Pœnit. pro Illustriss. & Reuerendiss. Cardin. Archiepisc.
Imprimatur
Fr. Archang. Men. de Mont. Vic. Sanctissime Inquisit. Bononiæ.